C. Fabricius Luscinus, berühmter Feldherr gegen Pyrrhus, M'. *Curius Dentatus* gegen die Samniten, Sabiner und Pyrrhus, *Tib. Coruncanius* gegen die Etrusker. Alle drei waren Zeitgenossen. Der Plural wie § 13.

§ 16. *accedebat,* s. Anh. II. A. III.

Digitized by Google

natus inclinaret ad pacem cum Pyrrho foedusque faciendum non dubitavit dicere illa, quae versibus persecutus est Ennius:

Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant
Antehac, dementes sese flexere viai?

ceteraque gravissime: notum enim vobis carmen est; et tamen ipsius Appi extat oratio. Atque haec ille egit septimo decimo anno post alterum consulatum, cum inter duos consulatus anni decem interfuissent censorque ante consulatum superiorem fuisset; ex quo intellegitur Pyrrhi bello grandem sane fuisse; et tamen sic a patribus accepimus. **17.** Nihil igitur adferunt, qui in re gerunda versari senectutem negant, similesque sunt, ut si qui gubernatorem in navigando nihil agere dicant, cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant, ille autem clavum tenens quietus sedeat in puppi [non faciat ea, quae iuvenes, at vero multo maiora et meliora faciat]. Non viribus aut velocitate aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia; quibus non modo non orbari, sed etiam augeri senectus solet. **18.** Nisi forte ego vobis, qui et miles et tribunus et legatus et consul

persequi ist öfters mündlich oder schriftlich etwas 'ausführen'.

mentes — dementes, Oxymoron.

Antehac, zweisilbig durch Synizese.

viai, alter Genetiv, von *Quo* abhängig 'auf welche Abwege gerieten'. Die Verse sind aus dem sechsten Buche der Annalen.

gravissime 'in der nachdrücklichsten Weise'.

notum enim — est, weshalb er nur zwei Verse zitiert. *enim* zu § 1.

et tamen 'und überdies auch', stets mit verschwiegenem Vordersatze: und (*et*), obgleich auch der Inhalt seiner Rede durch Ennius bekannt ist, so ist doch (*tamen*) auch die Rede des A. selbst noch vorhanden. Vgl. § 1 *Et tamen te suspicor* und weiter unten *et tamen sic — accepimus.*

extat 'ist noch vorhanden', zu § 3 *saepe.*

Atque, hier in seiner Grundbedeutung (= *adque*): 'und dabei'.

interfuissent 'verflossen waren'.

grandem 'hochbetagt'.

et tamen und (*et*), obwohl wir schon hieraus auf das Alter des A. schliefsen können, so bezeugt es doch (*tamen*) auch die Überlieferung.

§ 17. *Nihil — adferunt,* 'es sagen also diejenigen nichts (Haltbares), die' (*οὐδὲν λέγουσιν*). Vgl. zu § 8 *aliquid.*

in re gerenda — negant, im D. abstrakt: 'die Thätigkeit dem A. absprechen'.

similesque sunt, ut si qui führt ein exemplum fictum ein: 'es ist ungefähr so, wie wenn jemand sagen wollte'. S. Anh. II, B. XI.

viribus, auch ohne *corporis,* 'Körperkräfte'; *velocitate* 'Behendigkeit'.

consilio 'Einsicht'; *sententia* 'Abstimmung' (im Senat).

quibus 'Eigenschaften, die . .' zu § 12 *praeclara.*

orbari 'sich verlieren'; *augeri* 'sich im höhern Grade einstellen'.

§ 18. *miles,* vgl. § 4 und § 10; *tribunus* (*militum*); *legatus* 194; *consul* 195. Beachte das Polysyndeton, durch welches die Menge der Ämter noch gröfser erscheinen soll.

Digitized by Google

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

versatus sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor, cum bella non gero. At senatui quae sint gerenda praescribo et quo modo, Karthagini male iam diu cogitanti bellum multo ante denuntio; de qua vereri non ante desinam, quam illam excisam esse cognovero. **19.** Quam palmam utinam di immortales, Scipio, tibi reservent, ut avi reliquias persequare! Cuius a morte sextus hic et tricesimus annus est, sed memoriam illius viri omnes excipient anni consequentes. Anno ante me censorem mortuus est, novem annis post meum consulatum, cum consul iterum me consule creatus esset. Num igitur, si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suae paeniteret? Nec enim excursione nec saltu nec eminus hastis aut comminus gladiis uteretur, sed consilio, ratione, sententia. Quae nisi essent in senibus, non summum consilium maiores nostri appellassent senatum. **20.** Apud Lacedaemonios quidem ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes. Quod si legere aut audire voletis externa, maximas res publicas ab adulescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis.

Cedo, quí vestram rem públicam tantam ámisistis tám cito?

in vario genere bellorum, im D. umgekehrt: 'Kriege mancherlei Art'.

cessare 'unthätig sein'.

nunc — cum 'jetzt, wo' (nicht *ubi*!); *non* 'keine' (nicht *nulla*!).

male — cogitanti 'Böses im Schilde führen'.

denuntio 'kündige drohend an'. Er schloſs nämlich jede Rede im Senat mit *'Ceterum censeo Karthaginem esse delendam'* (Plut. Cat. c. 27 *δοκεῖ δέ μοι καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι*).

de 'in Betreff'.

§ 19. *palmam* 'Siegespreis'.

ut — persequare 'damit du vollendest, was dein Groſsvater übrig gelassen'. Wunsch ex eventu.

avi, des ältern P. Cornelius Scipio, dessen Sohn unsern Scipio adoptiert hatte.

sextus hic et tricesimus, also 185, da das Gespräch in d. J. 150 fällt. Nach Livius 39, 50 ist Scipio 183 (mit Hannibal und Philopoemen) gestorben.

excipient 'wird sich fortpflanzen auf —'.

Anno ante, zu § 10 *anno post*.

censorem 184.

paeniteret 'würde er unzufrieden sein', eine Bedeutung, die das Wort öfters hat. Der Coni. Imperf. zur Bezeichnung der Dauer.

enim 'freilich' mit Ironie.

excursione — saltu — uteretur, im D. die einfachen Verba.

ratione 'Überlegung'; *sententia*, wie § 17.

Quae 'diese Gaben', zu § 12 *praeclara*.

§ 20. *quidem* 'ja, doch', zur Einführung eines wichtigen historischen Beispiels. S. Anh. II B. XI.

ut sunt, zu § 12 *id quod evenit*.

senes. Die Gerusia in Sparta bestand aus 28 über 60 Jahre alten Geronten. *etiam* 'sogar' ist hinzugefügt, weil dieselben bei den Lacedämoniern geradezu *γέροντες* hieſsen, während die Römer sie mit dem abgeleiteten Worte *senatores* bezeichneten.

Quod si 'überhaupt wenn', das Allgemeinere an das Spezielle anknüpfend.

externa, wie § 12.

Cĕdŏ, qui 'sage an, wie ...' Der Vers ist ein akatalektischer jam-

Digitized by Google

Sic enim percontantur [ut est] in Naevi poëtae Ludo: respondentur et alia et hoc in primis:

Provéniebant orátores novi, stulti adulescéntuli.

Temeritas est videlicet florentis aetatis, prudentia senescentis.

VII. **21.** At memoria minuitur. Credo, nisi eam exerceas aut etiam si sis natura tardior. Themistocles omnium civium perceperat nomina. Num igitur censetis eum, cum aetate processisset, qui Aristides esset Lysimachum salutare solitum? Equidem non modo eos novi, qui sunt, sed eorum patres etiam et avos, nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne memoriam perdam; his enim ipsis legendis in memoriam redeo mortuorum. Nec vero quemquam senem audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Omnia, quae curant, meminerunt, vadimonia constituta, quis sibi, cui ipsi debeant. **22.** Quid? iuris

bischer Tetrameter, ebenso wie der folgende.

Cn. Naevius aus Campanien, Nachfolger des Livius Andronicus, des ältesten römischen Dichters, ein Menschenalter älter als Ennius. Sein Hauptwerk, das *bellum Punicum*, ein Epos im saturnischen Mafs. Er schrieb aufserdem Tragödien und besonders Komödien. *Ludus* ist wahrscheinlich Titel eines Stückes. Er starb 204.

Proveniebant 'es kamen auf', von hervorwachsenden Pflanzen übertragen.

§ 21. *At*, 'aber, wird man sagen'. Selbstgemachter Einwurf. S. Anh. II, B VII. Die Widerlegung beginnt mit dem ironischen *Credo*, dem eine Einschränkung durch *nisi* folgt. S. Anh. II. B. VIII.

memoria. Die Gedächtniskraft ist bei Besorgung von Geschäften unentbehrlich.

tardior öfter auf den Geist übertragen.

Themistocles. Das Exemplum ohne Partikel, s. Anh. II. B. XI.

perceperat hatte sich angeeignet = wufste.

qui Aristides esset. Die Umschreibung des Objektsaccusativs ist der gröfsern Deutlichkeit wegen notwendig. *Salutare* nach Analogie der Verba des Nennens mit doppeltem Accusativ.

Lysimachus, Vater des Aristides.

qui sunt 'die jetzt Lebenden'.

sepulcra legens. Die Grabschriften benutzte er für seine *Origines*. Es wird hier auf den damals verbreiteten Aberglauben angespielt, dafs das Lesen von Grabschriften dem Gedächtnisse schade.

quod aiunt, häufiger *ut aiunt, ut* (*quod*) *dicitur*, sonst eine sprichwörtliche Redensart einführend.

in memoriam redeo. Merke, dafs unser: sich etwas in das Gedächtnis zurückrufen *in memoriam alicuius rei redire* ist, und dafs *revocare* nur mit dem Objekt *memoriam alicuius rei* und stets ohne *sibi* gebraucht wird = etwas in das G. zurückrufen.

quemquam senem, da man *nemo senex* sagt; *quemquam* ist auch hier substantivisch und ist *senem* prädikativ zu fassen.

quo loco 'den Ort, an welchem', zu § 6 *didic. quibus rat.*

quae curant = quae iis curae est.

vadimonia constituta 'festgesetzte Termine'. *Vadimonium* ist die durch Bürgen (*vades*) gegebene Versicherung, an einem bestimmten Tage vor Gericht zu erscheinen (*vadimonium promittere*).

qui sibi, cui ipsi. Der Chiasmus steht gern in Gegensätzen.

debeant, hier in der ursprünglichen Bedeutung: 'schuldig sein' (*de-habeo*).

§ 22. *Quid?* 'ferner, frage ich', rhetorische Übergangsform. S. Anh. II. A. III.

Digitized by Google

consulti, quid? pontifices, quid? augures, quid? philosophi senes quam multa meminerunt! Manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria, neque ea solum in claris et honoratis viris, sed in vita etiam privata et quieta. Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit; quod propter studium cum rem neglegere familiarem videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut, quem ad modum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat et proxime scripserat, Oedipum Coloneum, recitasse iudicibus quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato sententiis iudicum est liberatus. **23.** Num igitur hunc, num Homerum Hesiodum, Simonidem Stesichorum, num, quos ante dixi, Isocratem Gorgiam, num philosophorum principes, Pythagoram Democritum, num Platonem, num Xenocratem, num postea Zenonem Cleanthem aut eum, quem vos etiam vidistis Romae, Diogenem Stoicum coëgit [in suis studiis] obmutescere senectus? An in

Manent mit Nachdruck asyndetisch vorangestellt.

ingenia, der Plural teils mit Rücksicht auf die mannigfachen Äußerungen und Arten des Abstractum, teils mit Rücksicht auf die Mehrheit der Subjekte (*senibus*).

claris et honor. v. 'berühmte Staatsmänner'; *honoratus*, nicht 'geehrt', sondern 'einer, der Ehrenstellen bekleidet hat'.

Sophocles, s. § 21 Themistocles.

studium 'Beschäftigung'.

nostro more, nach einer Bestimmung des Zwölftafelgesetzes.

male rem gerentibus 'schlecht wirtschaftenden'.

bonis sc. *administrandis. interdicere* 'das freie Verfügungsrecht über das Vermögen nehmen'.

fabulam 'Stück'.

in manibus habebat 'noch unter den Händen hatte'.

proxime 'ganz kürzlich'.

Oedipum Colonēum, die letzte Tragödie des Sophokles, *Οἰδίπους ὁ ἐπὶ Κολωνῷ*, so genannt nach dem Demos Kolonos, nahe bei Athen, wo Ödipus im Haine der Erinyen endlich von seinen Leiden Ruhe fand.

carmen 'Dichtung'; *sententiis* 'Stimmen'.

§ **23.** *Hesiodus*, aus Askra in Böotien, nach Homer der älteste griechische Dichter. Seine Hauptwerke sind die *θεογονία*, ein Epos vom Ursprunge der Götter, und *ἔργα καὶ ἡμέραι*, ein besonders auf den Landbau bezügliches Lehrgedicht.

Simonides aus Keos, berühmter Lyriker, verherrlichte die Siege über die Perser durch Epigramme.

Stesichorus aus Himĕra in Sicilien, um 600, ebenfalls lyrischer Dichter.

Isocratem, Gorgiam, zu § 13.

Pythagoras aus Samos, geb. um 580, stiftete in Kroton in Unteritalien eine religiös-politische Genossenschaft.

Democritus aus Abdēra in Thrakien, geb. 460, Begründer der philosophischen Atomenlehre.

Xenocrates, Schüler des Plato u. Lehrer an der von Plato gestifteten Akademie.

Zeno aus Kitium in Cypern, Stifter der stoischen Schule, um 300.

Cleanthes, Schüler Zenos.

Diogenes Stoicus, aus Seleucīa in Babylonien. Er gehörte zu der berühmten Philosophengesandtschaft. S. Einl. 3.

An 'doch wohl', wie § 15.

Digitized by Google

omnibus his studiorum agitatio vitae aequalis fuit? **24.** Age, ut ista divina studia omittamus, possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos, vicinos et familiares meos, quibus absentibus numquam fere ulla in agro maiora opera fiunt, non serendis, non percipiendis, non condendis fructibus. Quamquam in aliis minus hoc mirum est: nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse vivere: sed idem in eis elaborant, quae sciunt nihil ad se omnino pertinere:

Serit árbores, saeclo álteri quae prósient,

ut ait Statius noster in Synephebis. **25.** Nec vero dubitat agricola, quamvis sit senex, quaerenti cui serat respondere:

Dis immortálibus,
Qui nón accipere mé modo a maióribus
Voluérunt haec, sed pródere etiam pósteris.

VIII. Et melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam illud idem:

Edepól, senectus, sí nil quidquam aliúd viti
Adpórtes tecum, cum ádvenis, unum íd sat est,
Quod díu vivendo múlta, quae non vólt, videt.

agitatio 'die Betreibung'.

vitae aequalis fuit, 'hielt gleichen Schritt mit dem Leben'.

§ 24. *Age,* lebhafte Übergangsform: 'ferner', sonst gewöhnlich mit folgendem Imperativ, Coniunctivus hortativus, oder direktem Fragesatze. S. Anh. II. A. III.

divina studia 'edlere Beschäftigungen'.

possum nominare, Figur der Praeteritio, deren Tendenz ist, eine Sache scheinbar zu übergehen, um sie erst recht zu erwähnen. S. Anh. II. A. IX.

agro Sabino, wo C. sein Landgut hatte.

opera häufig 'Feldarbeiten' = ἔργα.

serendis — fructibus. Die Abl. gerund. bezeichnen die Art und Weise der Beschäftigung; *percipiendis* 'ernten', *condendis* 'einfahren'.

annum 'noch ein Jahr'. Über die Auslassung von *unus* zu § 10 *anno.*

elaborare, stärker als *laborare*: 'mit Anstrenguug sich bemühen'. Vgl. *niti — eniti, orare — exorare,* (§ 42), *docere — edocere, mori — emori* (§ 71).

nihil omnino 'durchaus nichts'.

pertinet aliquid ad aliquem entweder, wie hier, von dem Vorteil, den etwas für jemanden hat, oder, wie § 82 = *attingere.*

Serit ff. iamb. Senar.

saeclo 'Generation'.

ut ait Statius, stehende Stellung. Über die Form des Testimonium s. Anh. II. B. XIII.

Caecilius Statius aus Insubrien, älterer Zeitgenosse des Terenz, bearbeitete die *Synephebi* (= Jugendfreunde) für die römische Bühne.

noster, im Gegensatz zu den § 23 genannten Griechen. Niemals aber steht *noster,* wie das deutsche 'unser' von Personen oder Sachen, mit denen man gerade beschäftigt ist, statt *hic.*

§ 25. *Dis immort.* ff. iamb. Senare.

haec, auf *serat* bezogen, aber verallgemeinernd: 'diese Güter', zu § 12 *praeclara.*

Cap. VIII Degression — § 26. *Sed videtis:* Widerlegung von zwei andern Aussprüchen desselben Dichters,

īdem, Cäcilius.

Edepol ff. iambische Senare.

quidquam, pleonastisch neben *nil.*

videt 'erlebt'. Das allgemeine

Digitized by Google

Et multa fortasse, quae volt! atque in ea, quae non volt, saepe etiam adulescentia incurrit. Illud vero idem Caecilius vitiosius:

Tum equidem in senecta hoc députo misérrimum,
Sentíre ea aetate eímpse esse odiosum álteri.

26. Iucundum potius quam odiosum. Ut enim adulescentibus bona indole praeditis sapientes senes delectantur leviorque fit senectus eorum, qui a iuventute coluntur et diliguntur, sic adulescentes senum praeceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur; nec minus intellego me vobis quam mihi vos esse iucundos. Sed videtis, ut senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam sit operosa et semper agens aliquid et moliens, tale scilicet, quale cuiusque studium in superiore vita fuit. Quid? qui etiam addiscunt aliquid? ut et Solonem versibus gloriantem videmus, qui se cotidie aliquid addiscentem dicit senem fieri, et ego feci, qui litteras Graecas senex didici; quas quidem sic avide adripui quasi diuturnam sitim explere cupiens, ut ea ipsa mihi nota essent, quibus me

Subjekt 'man' steckt in *diu vivendo = si quis diu vivit.*

Et multa. Durch *et* in der Widerlegung wird der Gedanke des Gegners scheinbar fortgesetzt, in Wahrheit aber wesentlich modifiziert, oder geradezu aufgehoben. S. Anh. III. B. VIII.

atque 'dabei aber' (zu § 16) hebt die Wichtigkeit des ergänzenden Zusatzes hervor.

adulescentia, nicht kollektiv, sondern 'Jünglingsalter'. Dagegen häufig kollektiv *iuventus* (§ 26 u. ö.) und *senectus* (§ 34).

vitiosius 'noch verkehrter'. So ist häufig 'noch' beim Komparativ zu ergänzen, zu § 3 *saepe*. Zum exemplum contrarium s. Anh. II, B. XI.

Tum equidem ff. ebenf. Senare.

senecta und *deputo* poëtisch, *eumpse* altertümlicher Accusativ = *ipsum* (*ipse* = *is-pse*). Vgl. *reapse* aus *re eapse* = in der That.

odiosum, wie § 4; *alteri* 'seinem Nächsten' (nicht *proximo*!).

§ 26. *Iucundum* ff. Die Widerlegung in dialogischer Form, äufserlich nicht kenntlich. S. Anh. II, B. VIII.

indole, stets im Singular.

diliguntur (*dis-lego*) aus Achtung, *amare* aus Neigung lieben.

virtutum studia 'tugendhafte Bestrebungen'. Durch das Substantiv wird der adjektivische Begriff nachdrücklich hervorgehoben.

me vobis — mihi vos, zu § 21 *quis sibi — cui ipsi*. Mit *Sed* kehrt C. abbrechend nach der Degression zur Sache zurück.

ut hebt die Art und Weise der Handlung hervor.

operosa 'geschäftig'.

agens — moliens 'thätig — unternehmend'. Die zu Adjectivis gewordenen Participia bezeichnen die bleibende Eigenschaft.

tale — fuit 'selbstverständlich in einer — entsprechenden Weise'.

cuiusque sc. *senis*.

Quid? qui 'was sagst du zu denen, die —?' S. Anh. II, A. III.

gloriantem videmus. videre mit dem Particip hebt den Zustand, mit dem Infinitiv (s. weiter unten: *me — uti videtis*) die Handlung hervor. Der Vers Solons lautete: *γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος* (Pentameter).

litteras 'Litteratur'; *senex* 'noch in meinem Alter'.

didici 'ich studierte', eine Bedeutung, die *discere* nicht selten hat.

adripui, hier, wie § 78, vom eifrigen geistigen Ergreifen.

Digitized by Google

nunc exemplis uti videtis. Quod cum fecisse Socratem in fidibus audirem, vellem equidem etiam illud — [discebant enim fidibus antiqui] —, sed in litteris certe elaboravi.

IX. 27. Nec nunc quidem vires desidero adulescentis — is enim erat locus alter de vitiis senectutis —, non plus, quam adulescens tauri aut elephanti desiderabam. Quod est, eo decet uti et, quicquid agas, agere pro viribus. Quae enim vox potest esse contemptior quam Milonis Crotoniatae? qui, cum iam senex esset athletasque se exercentes in curriculo videret, aspexisse lacertos suos dicitur inlacrimansque dixisse: 'At hi quidem mortui iam sunt.' Non vero tam isti quam tu ipse, nugator! Neque enim ex te umquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis. Nihil Sex. Aelius tale, nihil multis annis ante Ti. Coruncanius, nihil modo P. Crassus, a quibus iura civibus praescribebantur; quorum usque ad extremum spiritum est provecta prudentia.

28. Orator metuo ne languescat senectute; est enim munus

in fidibus, wir: 'mit dem Saitenspiel'.

vellem ff. Ergänze: *si fieri posset.*

fidibus sc. *canere.*

elaboravi, zu § 24.

Cap. IX—XI Widerlegung des zweiten Anklagepunktes.

§ 27. *Nec nunc quidem* 'auch vermisse ich, wenigstens für jetzt nicht'. *Nec* gehört nicht zu *quidem*, sondern zum ganzen Satze.

locus 'Teil einer Abhandlung' (nicht *pars*!).

vitiis 'Gebrechen'.

non plus quam = *non magis quam* 'ebensowenig, als', wenn der Inhalt des Satzes, wie hier, negativ ist.

tauri 'diejenigen (nicht *eis*!) eines St.'

Quod est 'was man hat'.

Quae enim vox ff. Rhetorische Frage (interrogatio s. Anh. II, B. I.) mit negativem Sinne: 'wo (nicht *ubi*!) giebt es . .' *vox* 'Äufserung' des Gefühls und der Leidenschaft, *dictum* des Verstandes und Witzes.

contemptior. Durch Part. Perf. Pass. werden die im Lat. öfters fehlenden Verbaladjektiva auf *ilis* ersetzt, wie *acceptus, infinitus, inplacatus, invictus, incorruptus* (unbestechlich), *optatus* u. a.

Milo aus Kroton in Unteritalien, berühmter Athlet, um 580 v. Chr.

At in affektvollem Ausruf.

quidem 'leider'.

mortui 'abgestorben'.

Non vero tam isti 'Nein, nicht sowohl diese', zu § 6 *faciam vero.*

ex te 'wegen deiner (ganzen) Persönlichkeit'.

Nihil tale sc. *dixit* 'nichts der Art'. Zum exemplum contrarium s. Anh. II, B. XI.

Sextus Aelius Paetus Catus, 198 Konsul, *Ti. Coruncanius* (zu § 15) u. *P. Licinius Crassus*, Konsul 205, waren durch ihre Kenntnis des Rechts ausgezeichnet.

modo relativ, im Gegensatz zu *multis annis ante.* Genau genommen sind es einige 30 Jahre.

est provecta 'sich fortsetzte'.

prudentia, wie § 1. Beachte die signifikante Stellung des Wortes am Ende des Satzes, da es den Gegensatz zu den *vires corporis* des Milo bildet.

§ 28. *Orator,* 'was den R. betrifft'. So wird oft das deutsche 'was — betrifft' im Lat. durch die bloſse Voranstellung des Hauptbegriffs wiedergegeben. Der Einwurf ist ein selbstgemachter und zwar ohne jedes äufsere Kennzeichen. S. A. II, B VII.

senectute 'infolge des —'.

est — munus eius 'es erfordert sein Beruf'.

Digitized by Google

eius non ingenii solum, sed laterum etiam et virium. Omnino canorum illud in voce splendescit etiam nescio quo pacto in senectute, quod equidem adhuc non amisi, et videtis annos; sed tamen est decorus seni sermo quietus et remissus, facitque per se ipsa sibi audientiam diserti senis composita et mitis oratio. Quam si ipse exsequi nequeas, possis tamen Scipioni praecipere et Laelio. Quid enim est iucundus senectute stipata studiis iuventutis? **29.** An ne illas quidem vires senectuti relinquemus, ut adulescentes doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? Quo quidem opere quid potest esse praeclarius? Mihi vero et Cn. et P. Scipiones et avi tui duo, L. Aemilius et P. Africanus, comitatu nobilium iuvenum fortunati videbantur, nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis consenuerint vires atque defecerint. — Etsi ista ipsa defectio virium adulescentiae vitiis efficitur saepius quam senectutis. Libidinosa enim et intemperans adulescentia effetum corpus tradit senectuti. **30.** Cyrus quidem apud Xenophontem eo sermone, quem moriens habuit, cum admodum senex esset, negat se umquam sensisse senectutem suam imbecilliorem factam, quam adulescentia fuisset. Ego

virium, zu § 17.

Omnino, mit folgendem *sed* oder *sed tamen* = 'allerdings'. S. Anh. II, B. VIII.

canorum 'klangvoll, sonor'.

splendescit 'tritt glänzend hervor'.

nescio quo pacto, wie *nescio quo modo, nescio quis* (*quid*) ohne Einfluſs auf die Konstruktion.

adhuc non 'bis jetzt nicht'. *Nondum* würde ausdrücken, daſs er den Verlust erwarte.

et vor *videtis* adversativ 'und doch —'.

sed tamen 'doch abgesehen davon'.

decorus ist Prädikat.

remissus, Ggs. *intentus,* 'gelassen'.

facit — audientiam 'verschafft sich Gehör?'

composita 'gesetzt, leidenschaftslos'. Vgl. Quintil. VI 2, 9 *Affectus igitur hos concitatos πάθος, illos mites atque compositos ἦθος esse dixerunt.*

praecipere, absolut = *praecepta dare.*

Scipione, emphatisch, wie schon die Stellung andeutet 'einem Sc.'

studiis iuventutis 'lernbegierige Jugend' zu § 26 *virtutum studia.* Durch die Allitteration und die drei Abstracta erhält der Schluſsgedanke poëtische Färbung.

§ 29. *instituat,* 'unterweise', *instruat,* 'ausrüste'.

Quo quidem opere quid ff. Epiphonem, s. Anh. II, B. XII.

Scipiones. Beachte den Plural im Lat. Beide Brüder fielen in Spanien 212 im Kampfe gegen Hasdrubal.

L. *Aemilius* Paulus, der in der Schlacht bei Cannä (216) fiel, Vater des Macedonicus, der natürliche Groſsvater unseres Scipio.

P. Africanus, der Adoptivgroſsvater, zu § 19.

nec ulli — non 'und überhaupt sind alle'.

Etsi, zu § 2.

§ 30. *Cyrus quidem,* zu § 20 *Apud Lacedaemonios quidem.*

apud Xenophontem wir: 'im X'. (nicht in *Xenophonte*!), nämlich Cyrop. VIII 7, 6: *τούμὸν γῆρας οὐδεπώποτε ἠσθόμην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον.*

moriens 'auf seinem Sterbebette'.

cum — esset 'in hohem Alter'. Über *admodum* bei Substantiven vgl. § 10.

Digitized by Google

L. Metellum memini puer, qui cum quadriennio post alterum consulatum pontifex maximus factus esset, viginti duos annos ei sacerdotio praefuit, ita bonis esse viribus extremo tempore aetatis, ut adulescentiam non requireret. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere, quamquam est id quidem senile aetatique nostrae conceditur. X. **31.** Videtisne, ut apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet? Tertiam iam enim aetatem hominum videbat, nec erat ei verendum, ne vera praedicans de se nimis videretur aut insolens aut loquax. Etenim, ut ait Homerus, 'ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio', quam ad suavitatem nullis egebat corporis viribus. Et tamen dux ille Graeciae nusquam optat, ut Aiacis similes habeat decem, sed ut Nestoris; quod si sibi acciderit, non dubitat, quin brevi sit Troia peritura. **32.** Sed redeo ad me. Quartum ago annum et octogesimum; vellem equidem idem possem gloriari, quod Cyrus, sed tamen hoc queo dicere, non me quidem iis esse viribus, quibus aut miles bello Punico aut quaestor eodem bello aut consul in Hispania fuerim aut quadriennio post, cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas M'. Glabrione consule, sed tamen, ut vos videtis, non

L. Caecilius *Metellus*, besiegte als Konsul 251 im ersten punischen Kriege Hasdrubal bei Panormus.

puer, wir abstrakt: 'aus meiner Kindheit',

necesse est mihi — dicere, Beispiel des Dativus cum inf. bei *necesse est*.

conceditur 'zu gute gehalten wird.'

§ 31. *ut*, zu § 26 *videtis ut*. Über die Form des Exemplum s. Anh. II, B. XI.

apud, zu § 30.

praedicet 'rühmend spricht'.

Tertiam — videbat vgl. Hom. Il. I 250 ff. *Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων Ἐφθίαθ', οἳ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο Ἐν Πύλῳ ἡγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν.*

Etenim, zu § 15.

ut ait Homerus, Il. I 249 *Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή*. Über die Wortstellung zu § 24 *ut ait Statius*.

nusquam, apud Homerum.

dux ille Graeciae, Agamemnon zu Nestor Il. II 371 ff.: *Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον, Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν· Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε.*

quod si sibi acciderit umschreibt eine deutsche adverbiale Wendung.

§ 32. *Sed redeo ad me*, Figur des reditus ad propositum (der Rückkehr zum Thema). S. Anh. II, A. VII.

quod Cyrus, s. § 30.

queo, bei Cicero selten affirmativ, sondern gewöhnlich *non queo*, niemals *nequeo*.

miles, quaestor, zu § 10, *consul, tribunus militaris* § 18.

depugnavi 'im entscheidenden Kampfe focht', vgl. § 18 *denuntio*, § 38 *desudans* und § 44 *devicerat*.

apud Thermopylas, im Kriege gegen Antiochus im J. 191.

ut vos videtis. So findet sich in Gesprächen und Briefen *ut scis, ut spero, ut arbitror* u. a., während sonst die Verba sent. u. dic. als regierende Verba mit dem Acc. c. inf. konstruiert werden. Beachte auch die freiere, dem Gesprächstone angepafste koordinierte Anknüpfung in *sed tamen — enervavit*, statt *tamen non plane me enervavisse*.

Digitized by Google

plane me enervavit, non adflixit senectus; non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Nec enim umquam sum adsensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet 'mature fieri senem, si diu velis senex esse'. Ego vero me minus diu senem esse mallem quam esse senem, ante quam essem. Itaque nemo adhuc convenire me voluit, cui fuerim occupatus.

33. At minus habeo virium quam vestrum utervis. Ne vos quidem T. Ponti centurionis vires habetis; num idcirco est ille praestantior? Moderatio modo virium adsit et tantum, quantum potest quisque, nitatur: ne ille non magno desiderio tenebitur virium. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum umeris sustineret bovem. Utrum igitur has corporis an Pythagorae tibi malis vires ingenii dari? Denique isto bono utare, dum adsit; cum absit, ne requiras, nisi forte adulescentes pueritiam, paululum aetate progressi adulescentiam debent requirere. Cursus est certus aetatis et una via naturae eaque simplex, suaque cuique parti aetatis tempestivitas est data, ut et infirmitas puerorum et ferocitas iuvenum

adflixit 'hat niedergedrückt'.

curia, rostra, Metonymie.

quod monet, im D. überflüssig. Im Lat. aber läfst man einen Satz nicht unmittelbar von einem Substantivum, ohne ein Verbum dicendi hinzuzufügen, abhängen.

mature fieri senem. Der Sinn des Sprichwortes ist: Wenn du lange leben willst, so mufst du bei Zeiten besonnen und mäfsig, wie es dem Greise eigen ist, leben. C. aber deutet es: so mufst du bei Zeiten unthätig und behaglich (wie ein Greis) leben.

monet — fieri. Die Verba *monere* u. *hortari* stehen auch in guter Prosa mit dem Inf., wenn sie kein persönliches Objekt bei sich haben.

Ego vero 'nein, ich', zu § 6 *faciam vero.*

quam essem 'als ich es (den Jahren nach) wirklich wäre', zu § 12 *id quod evenit.*

cui — occupatus, 'für den ich keine Zeit gehabt hätte'.

§ 33. *At,* zu § 21 *At memoria minuitur.* Die Widerlegung folgt ohne äufseres Zeichen mit: *Ne — quidem* 'auch nicht'. S. Anh. II, B. VIII.

Moderatio virium 'mäfsiger Gebrauch der Kräfte'.

quisque tritt im Lat. in der Regel in den Relativsatz.

nitatur 'sich anstrengt'.

ne (richtiger als *nae*) steht stets an der Spitze des Satzes und nie ohne Pron. pers. Als Pron. der 3. Person steht *hic* oder *ille.*

tenebitur 'wird fühlen'.

Milo, zu § 27. Über die Form des exemplum s. Anh. II, B. XI.

umeris, nicht *humeris* (vgl. ὦμος). *has, Milonis.*

Pythagorae. Gerade dieser wird herausgehoben, weil er in Kroton, der Geburtsstadt Milos, seine Schule stiftete.

Denique, abschliefsend: 'kurz'.

adsit — absit. Diese durch Wechsel der Präposition gebildete Paronomasie (annominatio) ist bei Cic. häufig. Das Asyndeton u. der Chiasmus heben den Gegensatz.

Cursus ff. 'das Leben hat seine bestimmte Bahn, und die Natur hat nur einen und zwar (*eaque*) einfachen Weg'.

parti aetatis 'Lebensabschnitt'.

sua — tempestivitas, 'die ihm zukommende zeitgemäfse Entwicklung'.

Digitized by Google

et gravitas iam constantis aetatis et senectutis maturitas naturale quiddam habeat, quod suo tempore percipi debeat. **34.** Audire te arbitror, Scipio, hospes tuus avitus Masinissa quae faciat hodie nonaginta natus annos: cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere, cum equo, ex equo non descendere; nullo imbri, nullo frigore adduci, ut capite operto sit; summam esse in eo siccitatem corporis, itaque omnia exsequi regis officia et munera. Potest igitur exercitatio et temperantia etiam in senectute conservare aliquid pristini roboris.

XI. Non sunt in senectute vires. Ne postulantur quidem [vires] a senectute. Ergo et legibus et institutis vacat aetas nostra muneribus iis, quae non possunt sine viribus sustineri. Itaque non modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur. **35.** At multi ita sunt imbecilli senes, ut nullum officii aut omnino vitae munus exsequi possint. At id quidem non proprium senectutis vitium est, sed commune valetudinis. Quam fuit imbecillus P. Africani filius, is qui te adoptavit, quam tenui aut nulla [potius] valetudine!

iam constantis aetatis 'des schon gesetzten Alters', wie § 76. Sonst auch *media aetas* (§ 76), *iam confirmata* (*firmata*), *iam corroborata aetas*, aber nicht *aetas virilis*.

naturale quiddam 'etwas Naturgemäfses'.

percipi 'benutzt werden', eigentlich 'geerntet werden'. Das Wort ist durch *maturitas* hervorgerufen.

§ 34. *Audire*, wie *ἀκούειν*, mit Perfektbedeutung.

Masinissa, König von Numidien, im zweiten punischen Kriege anfangs Bundesgenosse der Karthager, seit 206 Freund des älteren Scipio Africanus (*hospes tuus avitus*) und treuer Verbündeter der Römer.

hodie 'noch heute'.

omnino non 'durchaus nicht'.

siccitatem 'Festigkeit', Freiheit von Flüssen und Katarrhen.

Non sunt ff. Selbstgemachter Einwurf ohne jedes äufsere Zeichen. S. Anh. II. B. VII. Die Widerlegung folgt durch *ne — quidem*, zu § 33.

et legibus et institutis 'nach Gesetz und Herkommen'.

muneribus iis. So befreite das sechzigste Jahr nicht allein vom Kriegsdienste, sondern vom Staatsdienste überhaupt.

sustineri 'versehen'.

non modo — sed ne quidem, mit Auslassung des *non* hinter *modo*, wenn das gemeinschaftliche Prädikat beider Sätze (*cogimur*) beim zweiten steht.

quod non possumus, abhängig von *cogimur*, da man auch sagt: *cogere aliquem aliquid*.

§ 35. *At multi* ff. Neuer selbstgemachter Einwurf (s. Anh. II B. VII), dem die Widerlegung in scharfem Gegensatz ebenfalls mit *At* folgt. S. Anh. II B. VIII.

valetudinis 'Gesundheitszustandes', vox media.

Quam fuit ff. Wir: 'Wie schwach war nicht . . .'

is qui 'derselbe, welcher' (nicht *idem, qui*!) steht immer dann, wenn eine genannte Person durch Angabe eines bekannten Umstandes von andern unterschieden werden soll.

quam tenui aut nulla v. 'wie zart, oder wie so gar nichtig war seine G'. Zu dem ausschliefsenden *aut* kann das corrigierende *potius* nicht hinzutreten.

Digitized by Google

Quod ni ita fuisset, alterum illud extitisset lumen civitatis; ad paternam enim magnitudinem animi doctrina uberior accesserat. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sint aliquando, cum id ne adulescentes quidem effugere possint? Resistendum, Laeli et Scipio, senectuti est, eiusque vitia diligentia compensanda sunt: pugnandum tamquam contra morborum vim sic contra senectutem: **36.** habenda ratio valetudinis, utendum exercitationibus modicis, tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis. Nam haec quoque, nisi tamquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute. Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt, animi autem exercendo levantur. Nam quos ait Caecilius

..... *cómicos stultós senes,*

Quod ni ita fuisset umschreibt ein deutsches Adverb, vgl. § 31 *quod si sibi acciderit.*

illud statt *ille*, von *lumen* attrahiert.

alterum — lumen 'zweite leuchtende Zierde'. *Lumen* ist alles, was Licht (*lucem*) giebt. Daher bildlich von Personen, die Glanz und Ruhm verbreiten.

animi gehört zu *magnitudinem.*

paternam 'vom Vater ererbt', *paternus,* was der Vater besitzt oder von ihm herrührt; *patrius,* 1) was dem Vater als Familienoberhaupt, und 2) was dem Vaterlande zukommt.

uberior 'reicher', nicht *divitior,* da *dives* nur reich ist an Geld und Gut.

Quid mirum? formelhafte Wendung der Umgangssprache, wie *nec mirum, minime mirum.* Daher *igitur* an dritter Stelle. Über die Auslassung von *est* zu § 11 *in armis.*

aliquando nach *si* 'wirklich einmal'.

vitia 'Gebrechen'; *diligentia* 'Sorgfalt' (nicht 'Fleifs'!).

tamquam — sic. Beachte die im Lat. übliche Voranstellung des relativen Satzes. Zum Inhalt vgl. Ter. Phorm. 575 *senectus ipsast morbus.*

§ 36. *utendum* 'anstellen'.

tantum beschränkend: 'nur so viel'. Vgl. § 69, ferner § 62 *eam* nur ein solches, § 67 *pauci* nur wenige, § 72 *aegre* nur mit Mühe.

adhibendum. Merke *adhibere* = 'zu einem bestimmten Zwecke gebrauchen', *uti* 'überhaupt von etwas Gebrauch machen'. Über die Ellipse von *est* zu § 11.

non 'aber nicht', zu § 7 *non in aetate.*

Nec vero, zu § 11.

menti — animo. Beide Wörter verbunden umfassen alle Geisteskräfte des Menschen, indem *mens* 'Denkkraft', *animus* die übrigen Seelenkräfte (Gefühl und Wille) bezeichnet.

tamquam lumini 'wie bei einer Lampe'.

exstinguuntur, nicht passiv im D. zu übersetzen.

exerc. defatigatione 'durch ermüdende Übungen' zu § 26 *virtutum studia.*

ingravescunt 'werden schwerfällig'.

Nam in der Occupatio. Schon durch die nachträgliche Erwähnung des gegnerischen Einwandes wird derselbe als nichtig hingestellt. Ergänze: Cäcilius brauche ich nicht zu erwähnen, denn ... S. Anh. II B. VII.

Caecilius, zu § 24. Die Stelle ist aus der Komödie Epiklerus (Erbtochter) und wird vollständiger Laelius § 99 angeführt.

comicos 'der Komödie' wie p.

Digitized by Google

hos significat credulos, obliviosos, dissolutos, quae vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavae, somniculosae senectutis. Ut petulantia, ut libido magis est adulescentium quam senum, nec tamen omnium adulescentium, sed non proborum, sic ista senilis stultitia, quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium. **37.** Quattuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat et caecus et senex; intentum enim animum tamquam arcum habebat nec languescens succumbebat senectuti; tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos: metuebant servi, verebantur liberi, carum omnes habebant; vigebat in illa domo patrius mos et disciplina. **38.** Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Ut enim adulescentem, in quo est senile aliquid, sic senem, in quo est aliquid adulescentis, probo; quod qui sequetur, corpore senex esse poterit, animo numquam erit. Septimus mihi liber Originum est in manibus; omnia antiquitatis monumenta colligo; causarum inlustrium, quascumque defendi, nunc cum maxime

Rosc. Am. 47 *utrum hunc comicum adulescentem an aliquem ex agro Veiente nominem.* Vgl. nachher *senilis.*

hos significat 'unter diesen versteht er'. *significare* mit doppeltem Accusativ nach Analogie der Verba des Nennens.

dissolutos, hier nicht in moralischem Sinne: locker, sondern geistig: 'zerfahren, fahrlässig'; synonym mit *neglegens.*

quae vitia 'dies sind aber Fehler'.

non senectutis, wir fügen im Deutschen 'überhaupt' und zu *inertis* 'nur' hinzu.

inertis, hier 'unthätig', vgl. § 5 *inerti poëta.*

ignavae, hier in der ursprünglichen Bedeutung 'träge' (von *in — gnavus* [= *navus* vgl. *navare*]).

libido 'sinnliche Lust'.

senilis = senum.

deliratio 'Aberwitz'.

non, zu § 7 *non in aetate.*

§ 37. *robustos* 'in kräftigem Alter'.

domum 'Hauswesen'.

Appius § 16.

et caecus et senex, signifikante Stellung der Apposition.

intentum, Ggs. *remissus* (§ 28).

tenebat ff. Beachte die Imperfecta und die Asyndeta.

vigebat ff. das Vorhergehende zusammenfassend, Asyndeton summativum: '(kurz) es blühte'.

patrius, zu § 35 *paternam.* Das Adjektiv gehört auch zu *disciplina.*

§ 38. *Ita = ea lege*, wie öfter restringierend: 'nur unter der Bedingung'.

emancipata est bildlich 'sich zu eigen gegeben hat', juristisches Wort, das ursprünglich bedeutet: aus seiner Gewalt in die eines andern oder in die Freiheit entlassen.

quod qui sequetur 'wer hiernach (nach der Jugendlichkeit) trachtet' — (hierauf sein Augenmerk richtet). Beachte diese gar nicht so seltene Bedeutung von *sequi*, s. § 43 a. E.

Originum 'Urgeschichten', ein Geschichtswerk, in welchem C. die Geschichte Roms und die der übrigen italischen Gemeinden von den Urzeiten bis auf seine Zeit behandelte.

est in manibus, wie § 22 *in manibus habebat.*

causarum —, quascumque defendi 'von allen Prozessen, in denen ich als Verteidiger auftrat'.

nunc cum maxime 'jetzt gerade',

Digitized by Google

conficio orationes; ius augurium, pontificium, civile tracto; multum etiam Graecis litteris utor Pythagoreorumque more exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. Haec sunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis, in his desudans atque elaborans corporis vires non magno opere desidero. Adsum amicis, venio in senatum frequens ultroque adfero res multum et diu cogitatas easque tueor animi, non corporis viribus. Quas si exsequi nequirem, tamen me lectulus meus oblectaret ea ipsa cogitantem, quae iam agere non possem. Semper enim in his studiis laboribusque viventi non intellegitur quando obrepat senectus. Ita sensim sine sensu aetas senescit nec subito frangitur, sed diuturnitate exstinguitur.

XII. **39.** Sequitur tertia vituperatio senectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus. O praeclarum munus *huius* aetatis, si quidem id aufert a nobis, quod est in adulescentia vitiosissimum! Accipite enim, optimi adulescentes,

ursprünglich: gerade dann, wann, wobei *maxime* den Zeitbegriff verstärkt (gerade). Dann wird aus der Konjunktion ein Adverb = *hoc maxime tempore.*

conficio 'ich lege die letzte Hand an' vor der Veröffentlichung. Er war der erste unter den Römern, der seine Reden (es waren mehr als 150) aufzeichnete.

tracto 'ich bearbeite'.

Graecis litteris utor 'ich beschäftige mich mit griech. Litteratur'. Zur Sache s. Einl.

Pythagoreorum. In den pythagoreischen χρυσᾶ ἔπη heißt es V. 40 ff.: *Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι, Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν· Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;*

exercendae memoriae gratia, irrtümlich, da Pythagoras von seinen Schülern die allabendliche Selbstbeichte offenbar zur Läuterung des Innern, nicht aber zur Übung des Gedächtnisses verlangte.

commemoro, hier in der ursprünglichen Bedeutung: 'rufe mir in das Gedächtnis zurück'.

Haec alte Femininform (= *hae-ce*).

curricula 'Tummelplatz'. Die vom Stadium entlehnten Metaphern waren den Römern sehr geläufig. Vgl. § 83. Mit *desudans* (zu § 32 *depugnavi*) bleibt er im Bilde.

elaborans, zu § 24.

Adsum, speciell, wie öfters: 'leihe gerichtlichen Beistand'.

ultro adfero 'aus eigener Initiative bringe ich zur Sprache'.

multum et diu, zu § 9 *diu multumque.*

cogitatas 'überdachte, erwogene'.

easque tueor 'und zwar verfechte ich sie'.

lectulus, eine Art Ruhebett (Sofa) zum Studieren.

viventi ist Dat. commodi und gehört sowohl zu *intellegitur* ('merken'), als zu *obrepat* (zu § 4).

sensim ff. Diese schöne Allitteration malt treffend das allmählige Hinschwinden des Greises.

frangitur 'reißt der Lebensfaden', *exstinguitur* 'erlischt'.

Cap. XII—XVIII Widerlegung des dritten Anklagepunktes.

§ 39. *Sequitur* ff. eine Einführungsform des Hauptteiles, s. § 27 und Anh. II A. II.

O praeclarum ff. Epiphonema, s. Anh. II B. XII.

voluptatibus 'sinnliche Vergnügungen'.

enim, zu § 7.

Digitized by Google

veterem orationem Archytae Tarentini, magni in primis et praeclari viri, quae mihi tradita est, cum essem adulescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam, cuius voluptatis avidae libidines temere et ecfrenate ad potiendum incitarentur. **40.** Hinc patriae proditiones, hinc rerum publicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci, nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero et adulteria et omne tale flagitium nullis excitari aliis illecebris nisi voluptatis; cumque homini sive natura sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem; **41.** nec enim libidine dominante temperantiae locum esse, neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intellegi posset, fingere animo iubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima; nemini censebat fore dubium, quin tam diu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset.

Archȳtas, Pythagoreer, Freund des Plato, ebenso ausgezeichnet als Philosoph, Mathematiker und Astronom, wie als Staatsmann und Feldherr.

in primis, unser 'wie wenige'.

capitalis ist ursprünglich alles, was gegen das physische Leben gerichtet ist = tötlich, dann allgemeiner, wie hier 'gefährlich'.

pestis stets bildlich, *pestilentia* im eigentlichen Sinne.

voluptatis, der Deutlichkeit wegen wiederholt. Der Gen. ist abhängig von *avidus.*

temere 'blindlings'.

ad potiendum 'zum Genusse'; eine Bedeutung, die *potiri* öfters hat, wie § 48 *fruitur* mit *potitur* wechselt. Ergänze aus *voluptatem voluptate.*

§ 40. *rerum publ. eversiones* 'Staatsumwälzungen'.

cum hostibus, zu § 7 *sine querela.*

colloquia 'Besprechungen'.

denique, wie § 33.

facinus, vox media, gewöhnlich schon ohne *malum* eine schlechte That.

stupra 'Unzucht'.

vero, steigernd 'vollends'.

flagitium (vom Stamme FLAG, wovon auch *flagrare* und *flagitare* leidenschaftlich fordern) 'entehrende Schandthat'.

excitari, dagegen § 39 a. E. *incitari,* da dort die Begierden schon vorhanden sind. Daher: *dormientem excitare*, aber *currentem incitare.*

cumque 'da ferner'.

muneri ac dono 'Gabe und Geschenk'. Beide Synonyma hier, wie öfters, ohne wesentlichen Unterschied verbunden. Sonst ist *donum* das allgemeine, *munus* das specielle Wort: eine Gabe zu einem bestimmten Zwecke, oder zu der man verpflichtet ist. S. § 2.

§ 41. *consistere* 'festen Fuſs fassen'.

fingere, in der Regel ohne *sibi.* Zur Form des exemplum fictum s. Anh. II B. XI.

percipi sc. *sensibus* 'empfunden werden'.

tam diu, dum. Vgl. Catil. III 16 *tam diu, dum urbis moenibus continebatur.*

agitare 'betreiben', *consequi* 'erfassen'.

Digitized by Google

Quocirca nihil esse tam detestabile tamque pestiferum quam voluptatem, si quidem ea, cum maior esset atque longinquior, omne animi lumen exstingueret. Haec cum C. Pontio Samnite, patre eius, a quo Caudino proelio Sp. Postumius, T. Veturius consules superati sunt, locutum Archytam Nearchus Tarentinus, hospes noster, qui in amicitia populi Romani permanserat, se a maioribus natu accepisse dicebat, cum quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Camillo Appio Claudio consulibus reperio. — **42.** Quorsus hoc? Ut intellegeretis, si voluptatem aspernari ratione et sapientia non possemus, magnam habendam esse senectuti gratiam, quae efficeret, ut id non liberet, quod non oporteret. Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est, mentis, ut ita dicam, praestringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. Invitus feci, ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem, L. Flamininum, e senatu eicerem septem annis post, quam consul fuisset, sed notandam putavi libidinem. Ille enim, cum esset consul in Gallia, exoratus in convivio a scorto est, ut securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est; mihi vero et Flacco neutiquam probari

Caudino proelio, 321 im 2. Samnitenkriege.

Nearchus, ein Pythagoreer.

in amicitia — permanserat 'treu geblieben war'.

cum quidem gehört zu *locutum esse.*

L. Camillo — consulibus 349. Diese Reise Platos im vorletzten Jahre seines Lebens ist wenig wahrscheinlich.

§ 42. *Quorsus hoc?* zu § 13.

habendam — gratiam 'Dank wissen'; *gratias agere* 'mit Worten danken': *gratiam referre* 'vergelten'.

ut id — oporteret 'dafs uns nicht nach dem Unerlaubten gelüste'. *oportere* von dem, was in der Ordnung ist, sich gebührt.

ut ita dicam ist wegen der Ungewöhnlichkeit der Metapher (sonst sagt man nur *mentis aciem praestringere*) hinzugefügt.

commercium 'Verkehr', vgl. § 51 *quae nunquam recusat commercium.*

Invitus feci, ut. Die Umschreibung in dem Sinne: 'nur ungern habe ich mich entschlossen'.

fortissimi viri T. Fl. 'des wackern T. Fl.', *viri* ist im Lat. notwendig, da ein Adj. nicht unmittelbar mit einem Nom. propr. verbunden zu werden pflegt. *T. Flamininus,* § 1.

notandam 'brandmarken', stehender Ausdruck von der Rüge des Censors.

in Gallia sc. *cisalpina,* wo er als Konsul 192 die Boier bekriegte.

exoratus — est 'er liefs sich erbitten', zu § 24 *elaborare.*

securi ferire 'enthaupten'.

essent gehört zu *in vinculis.*

rei capitalis = capitis 'wegen eines Kapitalverbrechens'. *caput* häufig tropisch: physisches Leben und bürgerliche Existenz, vgl. § 39 *capitalior pestis.*

Tito — censore, 5 Jahre vor Cato, also 189.

proximus ante me 'mein Vorgänger'.

elapsus est 'kam durch, entwischte' ohne Strafe.

L. Valerius Flaccus der andere Censor.

Digitized by Google

potuit tam flagitiosa et tam perdita libido, quae cum probro privato coniungeret imperii dedecus.

XIII. **43.** Saepe audivi ex maioribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quod, cum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset a Thessalo Cinea esse quendam Athenis, qui se sapientem profiteretur, eumque dicere omnia, quae faceremus, ad voluptatem esse referenda. Quod ex eo audientes M'. Curium et Ti. Coruncanium optare solitos, ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. Vixerat M'. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulem se pro re publica quarto consulatu devoverat; norat eundem Fabricius, norat Coruncanius; qui cum ex sua vita tum ex eius, quem dico, Deci facto iudicabant esse profecto aliquid natura pulchrum atque praeclarum, quod sua sponte peteretur, quodque spreta et contempta voluptate optimus quisque sequeretur. **44.** Quorsus igitur tam multa de voluptate? Quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magno opere

flagitiosa, zu § 40 *flagitium.*

privato 'persönlich'.

imperii dedecus 'Entehrung des (militär.) Amtes', mit absichtlicher Vernachlässigung der Concinnität, stärker als *publicum ded.* Chiasmus.

§ 43. *audivi,* zur Abwechslung hier und weiter unten mit *ex,* dazwischen zwei Mal mit *a* konstruiert.

porro 'wieder', hier die Reihenfolge rückwärts bezeichnend.

C. Fabricium § 15.

regem, wie gewöhnlich, vorangestellt; Ciceros Rede *pro rege Deiotaro.*

Cineas, Schüler des Demosthenes, des Pyrrhus gewandter Unterhändler.

esse, mit Nachdruck vorangestellt, zu § 8.

quendam, Epikur, gest. 270, Stifter der epikureischen Schule.

profiteri, stehend von dem, der sich öffentlich für den Vertreter eines Berufes erklärt oder ausgiebt, wird in der Regel mit doppeltem Accusativ ohne *esse* verbunden.

ad vol. — referenda = voluptate esse metienda (vgl. § 45) 'die Sinnenlust zum Maßstabe alles Handelns machen'. In Wahrheit ist die ἡδονή des Epikur nicht sinnliche Lust, sondern besteht in der Freiheit von Aufregungen der Seele (ἀταραξία).

Curius, Coruncanius § 15.

vivere cum aliquo, vom vertrauten Umgange, nicht bloſs von der Gleichzeitigkeit.

P. Decius Mus weihte sich in der Schlacht bei Sentinum 295 dem Opfertode (Liv. X 27 ff.).

eundem, Decium.

natura 'an und für sich'.

aliquid — pulchrum, nicht etwas Schönes, sondern: 'etwas, was —'.

sua sponte 'um seiner selbst willen'.

spreta et contempta, zwei mit einander verbundene synonyme Verba entsprechen öfters im D. einem durch ein Adverb näher bestimmten Verbum. So § 57 *invitat atque allectat* (unwiderstehlich), *fundi fugarique* (völlig), *orare atque obsecrare* (inständigst), *relinquere ac deserere* (gänzlich).

optimus quisque 'alle Guten'.

sequeretur 'trachten, im Auge haben', zu § 38 *quod qui sequetur.*

§ 44. *Quorsus* ff., zu § 13.

Digitized by Google

desiderat. Caret epulis exstructisque mensis et frequentibus poculis. Caret ergo etiam vinulentia et cruditate et insomniis. Sed si aliquid dandum est voluptati, quoniam eius blanditiis non facile obsistimus — divine enim Plato escam malorum appellat voluptatem, quod ea videlicet homines capiantur ut pisces —, quamquam inmoderatis epulis caret senectus, modicis tamen conviviis delectari potest. C. Duellium Marci filium, qui Poenos classe primus devicerat, redeuntem a cena senem saepe videbam puer; delectabatur cereo funali et tibicine, quae sibi nullo exemplo privatus sumpserat; tantum licentiae dabat gloria. **45.** Sed quid ego alios? Ad me ipsum iam revertar. Primum habui semper sodales. Sodalitates autem me quaestore constitutae sunt sacris Idaeis Magnae Matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, sed erat quidam fervor aetatis; qua progrediente omnia fiunt in dies mitiora. Neque enim ipsorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis quam coetu amicorum et sermonibus metiebar. Bene enim maiores 'accubitionem epularem amico-

Caret epulis 'es entbehrt, mufs sich versagen'; nachher *Caret ergo* 'fühlt sich also auch frei'.

exstructis 'reich besetzt', eigentlich aufgebaut. Tusc. V 62 *mensae conquisitissimis epulis exstruebantur.*

si aliquid dandum est 'wenn wirklich etwas eingeräumt werden mufs'; vgl. zu § 35 *si — aliquando.*

divine, wie öfters = *praeclare.*

escam, Plat. Timaeus p. 69 D. *κακοῦ δέλεαρ.*

devicerat bei Mylä 260, zu § 32 *depugnavi.*

cereo funali 'Wachsfackel'. Zur Sache vgl. Liv. Perioch. 17. *perpetuus honos habitus est, ut revertenti a cena tibicine canente funale praeferretur;* Val. Max III c. 4 *Duillius — ad funalem cereum praeeunte tibicine et tibiis a cena domum reverti solitus est.*

nullo exemplo 'ohne vorhergegangenes Beispiel'.

sibi — sumpserat 'sich herausgenommen hatte'.

§ 45. *Sed quid ego alios* sc. *commemoro.* Revocatio, zu § 3. S. Anh. II A. VI.

Ad me ipsum ff. Reditus ad propositum (zu § 32 *sed redeo ad me*), hier mit der Revocatio verbunden. S. Anh. II A. VII.

Primum entspricht anakoluthisch dem *quoque* § 46.

autem zu § 7.

Sodalitates 'Klubgesellschaften'.

quaestore, 204.

sacris — acceptis 'nach Einführung des —'. Der Kultus der Göttin Cybele (*magna mater deorum*) wurde am Ende des 2. punischen Krieges (204) von Pessinus und dem Berge Ida in Phrygien eingeführt (Liv. XXIX 10 ff.).

igitur, den Gedanken nach der Zwischenbemerkung wieder aufnehmend.

omnino — sed, zu § 28 *omnino canorum.*

quidam vor dem Substantivum mildert den Begriff desselben.

fervor aetatis 'Feuer der Jugend'. Diese Bedeutung von *aetas* ergiebt sich aus dem Zusammenhange. Überdies hätte Cicero *adulescentia* nicht setzen können, da *qua progrediente* folgt.

amicorum gehört zu beiden Ablativen.

metiebar, zu § 43 *referenda.*

accubitionem epul. wir 'Zusammensitzen bei Tisch'.

Digitized by Google

rum', qui vitae coniunctionem haberet, 'convivium' nominaverunt, melius quam Graeci, qui hoc idem tum 'compotationem', tum 'concenationem' vocant, ut, quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur.

XIV. **46.** Ego vero propter sermonis delectationem tempestivis quoque conviviis delector, nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam aetate atque vobiscum, habeoque senectuti magnam gratiam, quae mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit. Quod si quem etiam ista delectant — ne omnino bellum indixisse videar voluptati, cuius est fortasse quidam naturalis modus — non intellego ne in istis quidem ipsis voluptatibus carere sensu senectutem. Me vero et magisteria delectant a maioribus instituta et is sermo, qui more maiorum a summo adhibetur in poculo, et pocula, sicut in Symposio Xenophontis est, minuta atque rorantia [et refrigeratio aestate et vicissim aut sol aut ignis

haberet 'mit sich führen', verbunden sein mit etwas, was aus der Sache selbst unmittelbar hervorgeht.

convivium 'Zusammenleben', *compotationem* = *συμπόσιον*, *concenationem* = *σύνδειπνον*.

in eo genere 'hierbei', zu § 4.

§ 46. *vero* 'in der That'.

tempestivis — conviviis, 'vorzeitig', etwa 3 U. nachm, noch *de die*, beginnend und bis tief in die Nacht (*ad multam noctem*, s. u.) dauernd; zu § 5 *tempestiva*.

quoque, dem *primum* § 45 entsprechend.

qui pauci, wir: 'deren nur noch —'.

cum vestra — aetate, wir: konkret: 'mit Leuten eures Alters'.

ista, wie öfters, verächtlich: 'jene Genüsse'.

ne — videar gehört zu einem hinzuzudenkenden: was ich deshalb sage. Über die Metapher *bellum indixisse* zu § 49 *emeritis stipendiis*.

cuius — modus 'für welches vielleicht ein gewisses Maſs naturgemäſs ist'. *quidam*, zu § 45.

non, das dem Sinne nach zu *carere* gehört, ist zu dem regierenden Verbum dicendi, wie öfters im Lat. (s. § 73 *Non censet*) gezogen (vgl. *negare*).

ne — quidem, die allgemeine Negation *non* specialisierend, nicht aufhebend.

vero, wie zu Anfang des § 46.

magisteria 'Vorsitz beim Gastmahle'. Der Vorsitzende (*συμποσίαρχος*) hieſs *magister*, *rex*, *arbiter convivii* und wurde durch das Los oder durch Würfel gewählt.

a summo 'vom obersten Platze'. Sowohl die drei Speisesofas (*lecti*) der hufeisenförmig aufgestellten Tafel (*triclinium*), als auch die drei Plätze auf jedem *lectus* von links nach rechts hieſsen *summus*, *medius*, *imus*. Der *summus locus summi lecti* ist also der linke Eckplatz des ganzen Triclinium, von welchem aus der Vortrag oder Rundgesang (*sermo*) nach rechts anhob (*adhibetur*).

sicut — est 'wie es heiſst'. S. Anh. II B. XIII.

minuta atque rorantia 'kleine und träufelnde' eigentlich tauträufelnde, d. i. tropfenweise den Wein spendende. Der Ausdruck ist Übersetzung des in Xenophons Gastmahl II 26 vorkommenden *μικραῖς κύλιξιν ἐπιῤῥεκάζειν* mit kleinen Bechern beträufeln.

Digitized by Google

hibernus]. Quae quidem etiam in Sabinis persequi soleo conviviumque *invitatione* vicinorum cotidie compleo, quod ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus.

47. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo, sed ne desideratio quidem. Nihil autem est molestum quod non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo quidam iam adfecto aetate quaereret, utereturne rebus veneriis: 'Di meliora!' inquit; 'libenter vero istinc sicut a domino agresti ac furioso profugi.' Cupidis enim rerum talium odiosum fortasse et molestum est carere, satiatis vero et expletis iucundius est carere quam frui. Quamquam non caret is, qui non desiderat. [ergo hoc non desiderare dico esse iucundius.] **48.** Quod si istis ipsis voluptatibus bona aetas fruitur libentius, primum parvulis fruitur rebus, ut diximus, deinde iis, quibus senectus, etiamsi non abunde potitur, non omnino caret. Ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat, delectatur tamen etiam, qui in ultima, sic adulescentia volup-

Quae 'und diese Vergnügungen'.

in Sabinis 'im Sabinerlande', wo Cato ein Landgut hatte.

persequi 'nachgehen'.

convivium — compleo 'mache meinen Tisch vollzählig durch . . .'

§ 47. *At* ff. Dieselbe Form des Einwandes und der Widerlegung § 21. S. Anh. II B. VIII.

titillatio 'Reiz'. *quasi*, das wegen der übertragenen Bedeutung des Wortes hinzugefügt ist, fällt im D. fort.

desideratio des Gleichklangs wegen mit *titillatio*, statt *desiderium; ne — quidem*, wie § 32.

Nihil — desideres. Man vermifst den Begriff *carere.* Vermutlich ist der ganze Satz fremder Zusatz.

adfecto aetate 'altersschwach'.

uterelurne rebus veneriis 'ob er sich noch an den Freuden der Liebe ergötze'.

Di meliora sc. *duint* (= *dent*) 'Gott behüte!'

vero in der Antwort, zu § 6 *faciam vero.*

istinc = ab istis rebus veneriis.

agresti, ursprünglich: auf dem Felde wachsend, dann, wie hier, auf das Moralische übertragen: 'roh', während *rusticus* (Ggs. *urbanus*) ohne feine städtische Bildung, unmanierlich ist. Die Anekdote ist fast wörtlich entlehnt aus Plato de re publ. I p. 329 C: *Πῶς, ἔφη, ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; . . . καὶ ὅς· Εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὰ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών.*

enim 'freilich' wie § 19.

odiosum 'verdrieslich'.

expletis 'befriedigt'.

§ 48. *bona aetas*, die guten Jahre, 'die Jugend'.

potitur im Wechsel mit *fruitur*, zu § 39.

L. Ambivius Turpio, berühmter Schauspieler zur Zeit des Terenz. Nach älterem Brauche, dem auch Cicero folgt, fand die Umstellung des cognomen (hier *Turpio*) und Gentilnomen (hier *Ambivius*) dann statt, wenn das praenomen nicht angegeben wurde.

prima cavea. Die Sitze für die Zuschauer in dem halbkreisförmigen Theater erhoben sich stufenweise in concentrischen Reihen. Man unterschied *ima* (hier *prima* 'die vorderste'), *media* und *summa* (hier *ultima*) *cavea.*

Digitized by Google

tates propter intuens magis fortasse laetatur, sed delectatur etiam senectus procul eas spectans tantum, quantum sat est. **49.** At illa quanti sunt, animum tamquam emeritis stipendiis libidinis ambitionis, contentionis inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse secumque, ui dicitur, vivere! Si vero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae, nihil est otiosa senectute iucundius. Videbamus in studio dimetiendi paene caeli atque terrae C. Galum, familiarem patris tui, Scipio: quotiens illum lux noctu aliquid describere ingressum, quotiens nox oppressit, cum mane coepisset! Quam delectabat eum defectiones solis et lunae multo ante nobis praedicere! **50.** Quid in levioribus studiis, sed tamen acutis? Quam gaudebat bello suo Punico Naevius! quam Truculento Plautus, quam Pseudolo! Vidi etiam senem Livium; qui cum sex annis ante,

propter = *propiter*.

tantum, quantum sat est gehört zu *delectatur*. Im D. eine adverbiale Wendung.

§ 49. Mit dem pathetischen *At* (zu § 27 *At hi*) Übergang zu den höheren, geistigen Genüssen.

illa weist nachdrücklicher als *haec* auf das Folgende hin.

emeritis stipendiis 'nachdem er seine Jahre im Dienste der — überstanden hat'. Metaphern aus dem Militärwesen sind dem Römer sehr geläufig, so § 9 *arma*, § 35 *pugnandum*, § 46 *bellum indixisse*, § 51 *munitur vallo*, § 73 *iniussu imperatoris de praesidio et statione vitae decedere*.

libidinis ff. Genet. epexegetici. Sie bilden je zwei Paare, welche durch das für sich stehende *cupiditatum omnium* zusammengefaſst werden.

contentionis, stehender Ausdruck vom Streite um Ehrenstellen, aus dem die *inimicitiae* (nur als Abstractum im Singular, sonst Plurale tantum!) hervorgehen.

secum esse 'sich selbst angehören'; *secum vivere* 'sich selbst leben' sprichwörtlich, daher *ut dicitur*, zu § 21 *quod aiunt*.

Si — aliquod, wie § 44; *vero* 'vollends' —

pabulum studii atque doctrinae 'geistige Nahrung, nämlich —'. Die Genetive sind Gen. epexegetici, wie oben *libidinis* ff.

otiosa 'in Muſse verbrachtes', nicht: müſsiges. *Otiosi* sind vorzugsweise die, welche von Staatsgeschäften frei sind und ihr Leben den Wissenschaften widmen.

in studio, statt eines prädikativen Adjektivs (= *studiosum*), wie § 7 cognovi — sine querela.

C. Sulpicius Galus, berühmter Astronom und Kenner der griechischen Litteratur. Er diente als Kriegstribun unter L. Aemilius Paulus im Feldzuge gegen Perseus und sagte vor der Schlacht bei Pydna (168) eine Mondfinsternis voraus, wodurch er das Heer von abergläubischer Furcht befreite.

describere 'zeichnen', stehender Ausdruck vom Mathematiker.

oppressit 'überraschte'.

§ 50. *Quid in levioribus studiis* ff. Übergang (zu § 22 *Quid?*) von den praktischen Wissenschaften zu der Poesie, die der praktische Römer zu den *leviora studia* 'geringfügigeren Beschäftigungen' zählt.

acutis 'Scharfsinn erfordernden'.

Naevius § 20.

T. Maccius Plautus, aus Sarsina in Umbrien, † 184, gröſster Lustspieldichter der Römer. Von seinen zahlreichen Komödien haben sich 20, unter diesen die beiden genannten: *Truculentus* (Griesgram) und *Pseudolus* (Lügner) erhalten.

Livius Andronicus ein Grieche aus Tarent, Freigelassener des M. *Livius* Salinator, brachte 240 das

Digitized by Google

LIBRARY OF THE UNIVERSITY CALIFORNIA

quam ego natus sum, fabulam docuisset Centone Tuditanoque consulibus, usque ad adulescentiam meam processit aetate. Quid de P. Licini Crassi et pontificii et civilis iuris studio loquar aut de huius P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maximus factus est? Atque eos omnes, quos commemoravi, his studiis flagrantes senes videmus. M. vero Cethegum, quem recte 'Suadae medullam' dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus etiam senem! Quae sunt igitur epularum aut ludorum aut scortorum voluptates cum his voluptatibus comparandae? Atque haec quidem studia doctrinae; quae quidem prudentibus et bene institutis pariter cum aetate crescunt, ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, ut ante dixi, 'senescere se multa in dies addiscentem', qua voluptate animi nulla certe potest esse maior.

XV. **51.** Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quae nec ulla impediuntur senectute et mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quae numquam recusat *commercium* nec umquam sine usura reddit quod accepit, sed alias minore, plerumque maiore cum fenore. Quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terrae vis ac natura de-

erste griechische Drama auf die Bühne (*fabulam docere*).

Tuditanoque, zu § 10.

processit aetate 'fortlebte'.

Quid — loquar, Praeteritio. S. Anh. II A. IX.

P. Licinius Crassus, zu § 27.

huius 'unseres', des jetzt lebenden P. Scipio Nasica Corculum, zu § 14 *hi consules.*

his paucis diebus 'jetzt vor wenigen Tagen'.

Atque 'und dabei', zu § 16.

M. Cornelius Cethegus, § 10.

vero 'vollends'.

Suadae medullam, 'das Mark der Beredtsamkeit = den vollkommensten Redner. *Suada* ist Übersetzung von *Πειθώ*, der Göttin der Beredtsamkeit.

etiam 'sogar noch'.

Quae sunt — comparandae, 'können (dürfen) vergl. w.', da die rhetorische Frage negativen Sinn hat.

Atque haec quidem abschliefsend: 'so weit von den . . .' Erst zu Anfang des Kap. 15 geht er mit *Venio nunc* zu etwas Neuem über. S. Anh. II A IV.

ut 'weshalb'. Beachte, dafs im Lat. derartige durch 'weshalb' angehängte Sätze nicht durch *quamobrem* oder *quare,* sondern durch *ut* eingeführt werden.

honestum 'zur Ehre gereicht'. S. Anh. II. B. XIII.

illud Solonis 'jener bekannte Ausspruch des *S.*'

ante dixi, § 26.

qua — maior wir: gewifs das gröfste geistige V., das es geben kann.

§ 51. *Habent — rationem* 'sie stehen in Rechnung mit —'. Der Landmann ist gleichsam der *creditor,* die Erde der *debitor.*

commercium '(geschäftlicher) Verkehr'. Das überlieferte *imperium* giebt keinen rechten Sinn und unterbricht störend die Weiterführung des Bildes. Zum trop. Gebrauch von *commercium* vgl. § 42 *nec habet ullum cum virtute commercium.*

alias 'das eine Mal' stets in der guten Prosa = *alio tempore.* Statt eines zweiten *alias* steht hier *plerumque.*

fructus 'der Ertrag'.

vis ac natura 'die (schöpferische)

Digitized by Google

lectat. Quae cum gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit, primum id occaecatum cohibet, ex quo 'occatio' quae hoc efficit, nominata est; deinde tepefactum vapore et compressu suo diffundit et elicit herbescentem ex eo viriditatem, quae nixa fibris stirpium sensim adulescit culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur; e quibus cum emersit, fundit frugem spici ordine structam et contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. **52.** Quid ego vitium ortus, satus, incrementa commemorem? Satiari delectatione non possum, ut meae senectutis requiem oblectamentumque noscatis. Omitto [enim] vim ipsam omnium, quae generantur e terra, quae ex fici tantulo grano aut ex acini vinaceo aut ex ceterarum frugum aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreet. Malleoli, plantae, sarmenta, viviradices, propagines nonne efficiunt, ut

Kraft der Natur', Hendiadyoin. So wird öfters der im D. von einem Subst. abhängige Genet. eines Subst. im Lat. koordiniert durch zwei Subst. in gleichem Casus ausgedrückt. Stehend ist *vi et armis* 'durch Gewalt der Waffen'.

gremio — subacto 'im gelockerten und (vom Pfluge) auf (*sub*) gebrochenen Boden (Schoſse)'.

occaecatum cohibet 'umschlieſst sie ihn in der Dunkelheit'.

occatio, willkürliche Etymologie. Das Wort ist wie unser 'eggen' auf die Wurzel AK = Schärfe zurückzuführen (vgl. *acies, acer, acus* u. a.).

tepefactum ist Accusativ.

diffundit 'dehnt aus'.

herbescentem—viriditatem 'das (ins Gras) aufschieſsende Grün'.

fibris stirpium 'Wurzelfasern'.

culmo — geniculato 'mit knotigem Halme sich emporrichtet'.

vaginis 'Hüllen'.

quasi pubescens 'zur Männlichkeit reifend', Metapher vom Wachstum des Menschen, wie vorher *adulescit*.

fundit vom üppigen Hervorbringen, 'läſst aufschieſsen'.

spici ordine structam 'in wohlgeordneter Form einer Ähre'.

munitur vallo, zu § 49 *emeritis stipendiis*.

aristarum, 'Spitzen' der Ähren.

§ 52. *Quid — commemorem?* Praeteritio. S. Anh. II. A. IX. Ebenso nachher *Omitto vim ipsam*.

ortus ff. Beachte den Plur. der Abstracta, zu § 22 *ingenia*.

satus, 'Anpflanzung'; *incrementa* 'Wachstum'.

Satiari — possum 'ich kann mich nicht genug darüber freuen'.

ut — noscatis, abhängig von einem zu ergänzenden: was ich deshalb bemerke, damit ihr, vgl. zu § 46 *ne — videar*.

requiem oblectamentumque 'Erholung und Ergötzung'. Die Subst. auf mentum bezeichnen das Mittel oder Werkzeug.

vim ipsam 'die eigentliche Triebkraft'. Merke noch folgende Übersetzungen von *ipse*: § 55 *ea ipsa quae dixi*, schon das Gesagte; § 63 *haec ipsa* (schon an und für sich) *sunt honorabilia*; § 77 *quid ipse* (persönlich) *sentiam*.

quae generantur e terra, Umschreibung für 'Pflanzen', wofür der Lateiner kein Wort besitzt.

tantulo wir: 'so kleinem'.

acini vinaceo 'Weinbeerkern'.

stirpium 'Gewächse'.

seminibus 'Samenkörner'.

Malleoli 'die Fechser' (hammerartige Schöſslinge).

plantae 'Setzlinge', nicht Pflanzen.

sarmenta 'Setzreiser' (junge vom Baume abgeschnittene Zweige).

viviradices 'Wurzelschöſslinge'.

propagines 'Senker' (Zweige, welche vom Stamme abwärts in

Digitized by Google

quemvis cum admiratione delectent? Vitis quidem, quae natura caduca est et, nisi fulta est, fertur ad terram, eadem, ut se erigat, claviculis suis quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur; quam serpentem multiplici lapsu et erratico ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne silvescat sarmentis et in omnes partes nimia fundatur. **53.** Itaque ineunte vere in iis, quae relicta sunt, exsistit tamquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur, a qua oriens uva se ostendit, quae et suco terrae et calore solis augescens primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit vestitaque pampinis nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores. Qua quid potest esse cum fructu laetius, tum aspectu pulchrius? — Cuius quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, et natura ipsa, sed etiam cultura delectat, adminiculorum ordines, capitum iugatio, religatio et propagatio vitium, sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum inmissio. Quid ego irrigationes, quid fossiones agri repastinationesque proferam, quibus fit multo terra fecundior? **54.** Quid de utilitate loquar stercorandi? Dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi;

die Erde gesenkt selbständige Wurzeln treiben).

cum admiratione delectent 'mit Freude und Bewunderung erfüllen'.

Vitis quidem 'was — anbetrifft', zu § 28 *orator*.

fertur 'sinkt'.

eadem, im D. Adverb.

claviculis 'Gäbelchen'.

est nacta im D. Präsens 'findet'.

quam serpentem — erratico 'wenn er dann in vielfachen und regellosen Windungen sich hinschlängelt'.

ferro 'Hippe', allgemeiner Ausdruck für das Besondere.

ne silvescat sarmentis 'damit er nicht zu sehr ins Holz gehe'.

nimia fundatur 'allzu üppig wuchere'.

§ 53. *relicta = non amputata.*

exsistit 'tritt hervor'.

ea, quae gemma dicitur 'das sogenannte Auge'.

tamquam ad articulos. Beachte die sinnliche Belebung in dem Ausdruck *articuli*, sowie vorher in *manus, ferri, serpere.*

suco 'Feuchtigkeit'.

vestita. Vgl. Cic. nat. d. II 98 *terra vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus.*

defendit 'wehrt ab'. *defendere* (von *de* und dem ungebräuchlichen *fendere* vgl. *offendere*) ursprünglich: 'wegstoßen'.

Qua quid ff. Epiphonem, s. Anh. II B. XII.

fructu 'für den Genuß'; *laetius* aktiv.

ante dixi § 51.

adminiculorum ordines 'die Reihen der Stützpfähle'.

capitum iugatio 'die (jochartige) Verbindung der Pfahlköpfe' durch Querlatten.

religatio et propagatio 'das Anbinden und Weiterziehen der Weinstöcke' an den Latten.

ea, quam dixi § 52.

inmissio 'das Wachsenlassen'.

repastinationes 'die Umhackungen' durch das *pastinum*, eine zweizinkige Hacke.

Quid — proferam?, wie nachher *Quid — loquar?* Praeteritio. S. Anh. II A. IX. Vom Weinbau geht C. auf andere ländliche Beschäftigungen über.

terra zwischen *multo — fecundior* gestellt, um *multo* hervorzuheben.

§ 54. *de rebus rusticis.* Der Titel

Digitized by Google

de qua doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante saeculis fuit, Laërtam lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum et eum stercorantem facit. Nec vero segetibus solum et pratis et vineis et arbustis res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam et pomariis, tum pecudum pastu, apium examinibus, florum omnium varietate. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agri cultura sollertius.

XVI. **55.** Possum persequi permulta oblectamenta rerum rusticarum, sed haec ipsa, quae dixi, sentio fuisse longiora. Ignoscetis autem; nam et studio rerum rusticarum provectus sum, et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Ergo in hac vita M'. Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphavisset, consumpsit extremum tempus aetatis. Cuius quidem ego villam contemplans — abest enim non longe a mea — admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam vel temporum disciplinam. **56.** Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati sunt. Non enim aurum

dieser noch jetzt erhaltenen Schrift Catos ist '*de re rustica*'.

doctus 'der kunstverständige' wird, wie *σοφός*, öfter von Dichtern gebraucht. Vgl. Tusc. I 3 *antiquissimum e doctis apud Graecos est genus poëtarum.* Es ist unmittelbar gegen die Regel mit dem Eigennamen verbunden, weil es gleichsam ein cognomen vertritt. Vgl. § 73 *Solonis sapientis.*

Hesiodus, § 23.

ne verbum quidem. Bei *verbum* fehlt regelmäfsig *unum,* zu § 10 *anno.*

saeculis, zu § 24.

fuit 'lebte'. So steht *esse,* nicht *vivere* (= am Leben sein) bei allgemeinen chronologischen Angaben; vgl. § 21 *qui sunt.*

lenientem — filio 'der die Sehnsucht nach dem Sohne zu lindern suchte'.

stercorantem. Hom. Od. XXIV 226 *τὸν δ' οἷον πατέρ' εὗρεν ἐνκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ Λιστρεύοντα* (umgrabend) *φυτόν.* Das Umgraben darf als eine der Vorbereitungen zum Düngen gelten.

Nec vero, zu § 11.

segetibus 'Saatfeldern'.

res rusticae 'das Landleben'.

laetae, wie § 53.

florum — varietate 'bunter Blumenflor'. *omnium,* wie öfter = *omnis generis.*

consitiones 'Arten der Anpflanzung'.

insitiones 'Arten des Pfropfens'.

quibus nihil ff. 'die sinnreichste Erfindung der Landwirtschaft'. *Sollers* (sollus = *totus* [*ὅλος*] und *ars*) vox propria von praktischem Genie und erfinderischem Geiste.

§ 55. *Possum* 'ich könnte', Praeteritio, wie § 25. S. Anh. II. A. IX.

persequi 'ausführen', zu § 16.

haec ipsa, quae dixi 'schon das Gesagte', zu § 52 *vim ipsam.*

studio — provectus sum 'durch die Vorliebe für — habe ich mich fortreifsen lassen'.

loquacior 'etwas geschwätzig'.

ne = videatur, zu § 46. Beachte die Allitteration.

Ergo, wegen der geschilderten Reize des Landlebens.

vita 'Lebensweise'.

M'. Curius, § 15.

ipsius, im Gegensatz zu *temporum.*

Digitized by Google

habere praeclarum sibi videri dixit, sed iis, qui haberent aurum, imperare. Poteratne tantus animus efficere non iucundam senectutem? Sed venio ad agricolas, ne a me ipso recedam. In agris erant tum senatores, id est senes, si quidem aranti L. Quinctio Cincinnato nuntiatum est eum dictatorem esse factum; cuius dictatoris iussu magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium regnum adpetentem occupatum interemit. A villa in senatum arcessebatur et Curius et ceteri senes, ex quo, qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio an nulla beatior possit esse, neque solum officio, quod hominum generi universo cultura agrorum est salutaris, sed et delectatione, de qua dixi, et saturitate copiaque rerum omnium, quae ad victum hominum, ad cultum etiam deorum pertinent, ut quoniam haec quidam desiderant, in gratiam iam cum voluptate redeamus. Semper enim boni adsiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est villaque tota locuples est: abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Iam hortum ipsi agricolae succidiam alteram appellant. Conditiora facit

§ 56. *Poteratne = num poterat,* wie Tusc. I 67 *ubi tua (mens) aut qualis? Potesne dicere? — tantus animus* 'eine so erhabene Denkungsart' . . Über die Form des Epiphonems s. Anh. II B. XII.

Sed, abbrechend nach der kurzen Degression, Revocatio. S. Anh. II VI.

id est, ohne Rücksicht auf die Konstruktion. Zur Sache vgl. § 19.

L. Quinctius Cincinnatus war zweimal Diktator, zuerst 458, als welcher er die Äquer besiegte; dann 439 gegen *Spurius Maelius*, welcher als reicher Plebejer während einer Teuerung Getreide billig an das Volk verkauft hatte und deshalb des Strebens nach königlicher Gewalt (*regnum adpetere*) beschuldigt wurde.

esse factum, allgemeiner Ausdruck. Das verbum proprium ist: *dictator dicitur.*

dictatoris nachdrücklich beim Relativ wiederholt, was bei *dies* fast die Regel ist; vgl. § 39 *cuius voluptatis.*

occupatum 'kam ihm zuvor und —'.

viatores 'Landboten', Amtsdiener der Magistrate.

agri cultione, selten für das gewöhnliche *agri cultura.*

haud scio an nulla 'schwerlich ein' (= vielleicht kein).

officium bedeutet nicht blofs 'Pflicht', sondern auch Verbindlichkeit, Gefälligkeit und objektiv, wie hier, 'Wirkungskreis'.

saturitate, ἅπαξ εἰρημένον 'Überfluſs'.

ad cultum — deorum, als Opfergabe.

in gratiam iam — redeamus 'uns nachgerade wieder aussöhnen'; zu 46 *ne — videar.*

boni 'tüchtig'.

villaque tota 'und überhaupt —'. In dieser Bedeutung schlieſst sich *que* gern an *totus, omnis, reliqua, alia* u. a. an.

porco ff. kollektivische Singulare. S. Anh. II A. III.

Iam 'ferner', im Übergang. S. Anh. II. A. III.

Conditiora ff. 'diese Genüsse (*haec*) werden noch gewürzt durch die Beschäftigung (*operae*) müſsiger Stunden (*supervacaneae*) durch —'. Das *aucupium* und die *venatio* sind Liebhabereien (*supervacaneae*) und gehören nicht zu den notwendigen Beschäftigungen.

Conditiora, zu § 10 *condita.*

Digitized by Google

haec supervacaneis etiam operis aucupium atque venatio. **57.** Quid de pratorum viriditate aut arborum ordinibus aut vinearum olivetorumve specie plura dicam? Brevi praecidam: agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius nec specie ornatius; ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque adlectat senectus. Ubi enim potest illa aetas aut calescere vel apricatione melius vel igni aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubrius? **58.** [Sibi habeant igitur arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam et pilam, sibi natationes atque cursus, nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras; id ipsum utrum lubebit, quoniam sine iis beata esse senectus potest.]

XVII. **59.** Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite, quaeso, studiose, ut facitis. Quam copiose ab eo agri cultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui 'Oeconomicus' inscribitur! Atque ut intellegatis nihil ei tam regale videri quam studium agri colendi, Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, Persarum regem, praestantem ingenio atque imperii gloria, cum Lysander Lacedaemonius, vir summae virtutis, venisset ad eum Sardis

§ 57. *Quid — plura dicam?* Wegen des Zusatzes *plura* keine Amplificatio, sondern Praeteritio. S. Anh. II, A. IX.

specie 'Schönheit'.

Brevi praecidam 'ich will mich kurz fassen'. Praecisio. S. Anh. II A. VIII.

usu uberius 'für den Nutzen ergiebiger', vgl. § 53 *fructu laetius.*

specie ornatius 'für den Anblick reizender', vgl. § 53 *aspectu pulchrius.*

ad quem fruendum — retardat 'ein Genufs, an dem — hindert, sondern sogar zu dem —'. *ad* findet sich am häufigsten bei den Begriffen des Hinderns, wie Caes. b. g. 7, 26, 2 *Palus Romanos ad insequendum tardabat.*

invitat atque allectat 'lockt mit unwiderstehlicher Gewalt an', zu § 43 *spreta et contemta.*

aut — vel — ve. aut im ausschliefsenden, *vel* (von *velle*) im gleichgültigen Gegensatz; das enklitische aus *vel* apokopierte *ve* ist schwächer als *vel* und kommt dem *que* sehr nahe.

salubrius 'gesundheitsmäfsiger'.

XVII. § 59. *ut facitis,* formelhaft 'wie bisher'.

copiose 'beredt'.

in eo libro Xen. Oecon. IV, 20—25, welche Stelle Cic., der die Schrift in seiner Jugend übersetzt hat, im Folgenden frei wiedergiebt.

qui est 'welches handelt' (nicht *agit!*). S. Anh. II B. XIII.

de tuenda re familiari 'von der Verwaltung des Hauswesens' (*Οἰκονομικός*).

qui — inscribitur. Zwei Relativsätze stehen im Lat., abweichend vom D., asyndetisch, wenn der eine etwas Wesentliches, der andere nur eine nebensächliche Bemerkung enthält.

regale = quod regem decet, regium = quod regis est.

Socrates — loquitur 'so wisset, dafs S. im Gespräche mit Cr. erzählt'; zu § 46 *ne videar.*

Critobulus, Schüler des Sokrates.

regem, wie öfter, 'königlicher Prinz'.

Digitized by Google

eique dona a sociis attulisset, et ceteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse et ei quendam consaeptum agrum diligenter consitum ostendisse. Cum autem admiraretur Lysander et proceritates arborum et derectos in quincuncem ordines et humum subactam atque puram et suavitatem odorum, qui adflarentur ex floribus, tum eum dixisse mirari se non modo diligentiam, sed etiam sollertiam eius, a quo essent illa dimensa atque discripta, et Cyrum respondisse: 'Atqui ego ista sum omnia dimensus; mei sunt ordines, mea discriptio, multae etiam istarum arborum mea manu sunt satae.' Tum Lysandrum intuentem purpuram eius et nitorem corporis ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis dixisse: 'Rite vero te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuae fortuna coniuncta est!' **60.** Hac igitur fortuna frui licet senibus, nec *haec* aetas impedit, quo minus et ceterarum rerum et in primis agri colendi studia teneamus usque ad ultimum tempus senectutis. M. quidem Valerium Corvinum accepimus *eo* ad centesimum annum perduxisse, cum esset acta iam aetate in agris eosque coleret; cuius inter primum et sextum consulatum sex et quadraginta anni interfuerunt. Ita, quantum spatium aetatis

ceteris in rebus 'auch sonst' zu § 4 *ceterarum rerum.*

agrum = *παράδεισον*, 'Park'.

proceritates 'schlanker Wuchs'. Über den Plur. zu § 22 *ingenia.*

derectos in quincuncem ordines, 'die in Gestalt einer Fünfzahl (V) regelmäfsig gepflanzten Reihen, nämlich so: ⁘'

derectos, wenn von einer geradlinigen Richtung die Rede ist, zu unterscheiden von *directus* nach verschiedenen Seiten gerichtet. Vgl. *discribere* (§ 5) und *describere, diligere* und *deligere.*

subactam, zu § 51.

adflarentur ex 'ausströmten von —'.

diligentiam 'Sorgfalt', *sollertiam* 'Kunstfertigkeit', zu § 54 *sollertius.*

dimensa, passivisch.

discripta, zu § 5.

Atqui 'nun aber', im Dialog öfter eine Antwort einführend, die man nicht erwartet hatte.

mei sunt 'von mir rühren her'.

purpuram 'Purpurgewand'.

nitorem 'glänzende Schönheit'. Catil. II 5 *nitent unguentis, fulgent purpura.*

Rite 'mit Fug und Recht'.

vero 'ja', zu § 46.

virtuti 'Tüchtigkeit'. Xen.: *ἀγαθὸς γὰρ ὢν εὐδαιμονεῖς.* Der Nachdruck liegt auf *virtuti.*

§ 60. *impedit,* mit regelmäfsiger Weglassung des persönlichen Pronomens bei folgendem *quominus.*

studia 'Beschäftigungen'.

M. Valerius, ausgezeichnet im Kampfe gegen die Gallier und im ersten Samnitenkriege. *quidem,* zu § 20 *Apud Lacedaemonios quidem.*

accepimus, zu § 13.

acta iam aetate 'als sein Leben (gleichsam) schon vorüber war', eine seltene Wendung. Häufiger *exacta aetate* ohne *iam.*

inter primum ff. 348—299, also mehr als 46 Jahre.

quantum spatium ff. 'seine Ehrenlaufbahn umfafste so viele Jahre, als nach Bestimmung unserer Vorfahren das Menschenleben bis zum Anfang des Greisenalters betrug'. *senectutis initium,* genau genommen die *aetas seniorum,* die mit dem 46. Jahre eintrat.

Digitized by Google

maiores ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. Atque huius extrema aetas hoc beatior quam media, quod auctoritatis habebat plus, laboris minus.

61. Apex est autem senectutis auctoritas. Quanta fuit in L. Caecilio Metello, quanta in A. Atilio Calatino! in quem illud elogium:

Hunc únum plurimáe conséntiunt géntes
Populí primariúm fuísse virum ....

Notum est totum carmen incisum in sepulcro. Iure igitur gravis, cuius de laudibus omnium esset fama consentiens. Quem virum nuper P. Crassum, pontificem maximum, quem postea M. Lepidum, eodem sacerdotio praeditum, vidimus! Quid de Paulo aut Africano loquar, aut, ut iam ante, de Maximo? quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas. Habet senectus honorata praesertim tantam auctoritatem, ut ea pluris sit quam omnes adulescentiae voluptates.

XVIII. **62.** Sed in omni oratione mementote eam me senectutem laudare, quae fundamentis adulescentiae constituta sit. Ex quo efficitur, id quod ego magno quondam cum adsensu omnium dixi, miseram esse senectutem, quae se oratione

voluerunt 'bestimmten'.

Atque 'und dabei', leitet zu einem neuen Abschnitt (vom Ansehen — § 64) über.

§ 61. *Apex,* der spitze Hut der Priester, hier bildlich 'Krone'.

Metello § 30.

A. Atilius Calatinus, im ersten punischen Kriege zweimal Konsul. Seine Grabstätte befand sich vor der *porta Capena,* durch welches Thor die *via Appia* nach Capua führte, neben den Grabmälern der Scipionen, Servilier und Meteller.

elogium 'Inschrift', besonders auf Grabsteinen. (Nicht aber bedeutet es, wie das franz. éloge, Lobrede.)

Hunc únum ff. Das Versmafs der Inschrift ist der *versus Saturnius,* der die gewöhnliche metr. Form der Römer in alter Zeit war. Sein Grundschema ist:

∪ ⏑ ∪ – ∪ ⏑ ∪ | ⏑ ∪ ⏑ ∪ ⏑ ∪.

Hinter *consentiunt* ist die Thesis ausgefallen und beträgt dafür die Länge der letzten Silbe 3 Moren. Der zweite Vers ist unvollständig. Es folgten übrigens noch mehrere Verse.

gravis 'gewichtig'. *omnium* 'allgemein'.

nuper, zu § 27 *modo.*

vidimus 'haben wir nicht an — gehabt?'

P. Crassus, § 27.

M. Aemilius Lepidus, 180 pontifex maximus.

praeditum 'bekleidet'.

Quid — loquar, Praeteritio. S. Anh. II A. IX.

de Paulo, § 29; *Africano,* § 19; *iam ante* c. 4.

sententia, wie § 17.

residebat 'thronte'.

honorata, zu § 22 *honoratis viris.*

praesertim, nicht blofs vor *cum, si, qui,* sondern auch in verkürzten Sätzen.

§ 62. *oratione* 'Ausführung'.

mementote. Im D. negativ wiederzugeben.

eam 'nur ein solches'.

omnium, wie § 61.

miseram esse ff. ein Greisenalter, das auf einer *honeste acta superior aetas* wie auf fester Grundlage ruht, bedarf nicht der Worte zu seiner Verteidigung.

quae — defenderet 'das sich erst noch mit Worten verteidigen müfste'.

Digitized by Google

defenderet. Non cani nec rugae repente auctoritatem adripere possunt, sed honeste acta superior aetas fructus capit auctoritatis extremos. **63.** Haec enim ipsa sunt honorabilia, quae videntur levia atque communia, salutari adpeti, decedi adsurgi, deduci reduci, consuli; quae et apud nos et in aliis civitatibus, ut quaeque optime morata est, ita diligentissime observantur. Lysandrum Lacedaemonium, cuius modo feci mentionem, dicere aiunt solitum Lacedaemonem esse honestissimum domicilium senectutis: nusquam enim tantum tribuitur aetati, nusquam est senectus honoratior. Quin etiam memoriae proditum est, cum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu venisset, magno consessu locum nusquam ei datum a suis civibus; cum autem ad Lacedaemonios accessisset, qui, legati cum essent, certo in loco consederant, consurrexisse omnes illi dicuntur et senem sessum recepisse. **64.** Quibus cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex iis quendam Athenienses scire quae recta essent, sed facere nolle. Multa in vestro collegio praeclara, sed hoc, de quo agimus, in primis, quod, ut quisque aetate antecedit, ita sententiae principatum tenet, neque solum honore antecedentibus, sed iis etiam, qui cum imperio sunt, maiores natu augures anteponuntur. Quae

cani, ohne *capilli* dichterisch.

auctoritatis, Gen. epexegeticus. Wir: 'ernten als letzte Frucht das Ansehen'.

§ 63. *Haec* ff. 'Sind doch diese Aufmerksamkeiten (*haec* zu § 12 *praeclara*) schon an und für sich (*ipsa* zu § 52 *vim ipsam*) ehrenvoll'.

honorabilia. Das Wort in der guten Latinität nur hier.

levia — communia 'geringfügig — gewöhnlich'.

salutari ff. epexegetische Infinitive: 'nämlich dafs man uns —'.

adpeti 'aufsuchen', *decedi* 'Platz machen', *deduci, reduci* 'vom Hause und wieder zurück geleiten'.

quae, 'Auszeichnungen, die'.

Lysandrum. Über die Form des exemplum s. Anh. II B. XI.

tribuitur 'einräumen'.

aetati 'Altersstufe'. In Sparta hatte jede höhere Altersstufe die Aufsicht über die niedere.

ludis 'zur Zeit der Spiele'.

magno consessu Abl. abs. 'in (bei) der grofsen Versammlung'.

legati cum essent, wir appositionell: 'als Gesandte'.

certo in loco. Gesandte und Behörden hatten im Theater besondere Ehrenplätze in den Vorderreihen (*προεδρία*).

sessum (Supinum) *recepisse* 'in ihrer Mitte Platz nehmen lassen', eigentlich 'ihn zum Sitzen aufnehmen'.

§ 64. *dixisse — quendam.* Wenn im Lat. die or. obl. fortgesetzt wird, tritt, trotzdem *dicitur* und *videtur* vorangeht, der Acc. c. Inf. ein, sobald ein neues Subjekt hinzukommt.

Multa 'viele Einrichtungen', zu § 12 *praeclara.*

collegio sc. *augurum.*

ut quisque — tenet, 'dafs nämlich der ältere jedesmal den Vorrang beim Abstimmen hat'. Der in beiden Sätzen fehlende Superlativ liegt in *antecedit* und *principatum.*

honore antecedentibus 'denen, die höhere Ehrenstellen bekleiden'.

cum imperio. Das *imperium* d. h. die höchste militärische und richterliche Gewalt hatten nur der Diktator, die Konsuln und die Prätoren.

Digitized by Google

sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis praemiis comparandae? Quibus qui splendide usi sunt, ii mihi videntur fabulam aetatis peregisse nec tamquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.

65. At sunt morosi et anxii et iracundi et difficiles senes. Si quaerimus, etiam avari; sed haec morum vitia sunt, non senectutis. Ac morositas tamen et ea vitia, quae dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustae, sed quae probari posse videatur: contemni se putant, despici, illudi; praeterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est. Quae tamen omnia dulciora fiunt et moribus bonis et artibus, idque cum in vita, tum in scaena intellegi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt. Quanta in altero diritas, in altero comitas! Sic se res habet: ut enim non omne vinum, sic non omnis natura vetustate coacescit. Severitatem in senectute probo, sed eam, sicut alia, modicam, acerbitatem nullo modo.

praemiis (von *prae-emere* = voraus nehmen) 'Auszeichnungen'.

splendide usi sunt 'auf glänzende Weise genieſsen'. Unser 'genieſsen' darf nur dann durch *frui* wiedergegeben werden, wenn es sich um wirklichen Genuſs handelt (z. B. *voluptate frui*).

fabulam — peregisse 'das Lebensdrama zu Ende (*per-*) spielen'; zu § 5 *extr. actum.*

corruisse 'zusammenbrechen', weil sie vorher mit ihren Kräften nicht haushälterisch umgegangen sind.

§ 65. *At* ff. Neuer selbstgemachter Einwurf, zu § 21 *At memoria minuitur.*

difficiles, wie § 7.

Si quaerimus, auch *si quaeris,* vollständiger: *si verum quaerimus* (*quaeris*), beteuernde Formel: 'wenn man die Sache genau untersucht', d. i. unleugbar, sicherlich. Der Einwurf wird hierdurch nicht nur zugestanden, sondern sogar überboten, worauf dann die Einschränkung mit *sed* folgt. S. Anh. II B. VIII.

Ac häufig im Übergange zur speziellern Exposition.

morositas 'mürrisches Wesen'.

tamen 'doch wenigstens'.

habent — excusationis 'lassen noch einigermaſsen eine Entschuldigung zu', zu 45 *haberet.*

non illius quidem iustae 'die zwar nicht gerechtfertigt ist'. Bei Einräumungen mit *quidem,* mit folgendem *sed, sed tamen* oder *vero* wird stets vor *quidem* ein Pronomen eingeschaltet, das für das Deutsche überflüssig ist.

contemni ff. Asyndeton explicativum; die drei Infinitive bilden eine Klimax. *contemni* aus Gleichgültigkeit, *despici,* aus Geringschätzung 'hintenangesetzt werden'.

odiosa, wie § 4; *offensio* passivisch.

dulciora 'gemildert'.

bonis gehört zu beiden Substantiven; *artibus* 'Bildung'.

in vita 'im wirklichen Leben', zu § 9 *exercitationes.*

Adelphi, durch feine Charakterzeichnung ausgezeichnete, noch vorhandene Komödie des P. Terentius Afer, des Freundes von unserm Scipio und Lälius.

sunt 'auftreten'.

Quanta in altero diritas 'wie unerträglich die eine', Demea, dem der freundliche (*comitas*) Micio gegenübersteht.

Sic se res habet, 'ja, so ist es', bekräftigende, stets auf das Folgende (*sic*) hinweisende Formel.

enim nicht explikativ, sondern 'ja doch'.

sed eam, stärker als das gewöhnlichere *et is* (§ 84), *isque* (§ 74).

acerbitatem 'herbes Wesen aber'.

Digitized by Google

66. Avaritia vero senilis quid sibi velit, non intellego. Potest enim quicquam esse absurdius quam, quo viae minus restet, eo plus viatici quaerere?

XIX. Quarta restat causa, quae maxime angere atque sollicitam habere nostram aetatem videtur, adpropinquatio mortis, quae certe a senectute non potest esse longe. O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa aetate non viderit! quae aut plane neglegenda est, si omnino exstinguit animum, aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus aeternus. Atqui tertium certe nihil inveniri potest. **67.** Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem aut beatus etiam futurus sum? Quamquam quis est tam stultus, quamvis sit adulescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? Quin etiam aetas illa multo plures quam nostra casus mortis habet: facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius aegrotant, tristius curantur. Itaque pauci veniunt ad senectutem; quod ni ita accideret, melius et prudentius viveretur. Mens enim et ratio et consilium in senibus est; qui si nulli fuissent, nullae omnino civitates fuissent. — **68.** Sed redeo ad mortem impendentem. Quod est istud crimen senectutis, cum id ei videatis cum adulescentia esse commune?

§ **66.** *Avaritia* mit Nachdruck an der Spitze des Satzes.

senilis = *senum.*

quid sibi velit 'was bedeute'.

XIX. Widerlegung des vierten Anklagepunktes. — § 85. Zwei Hauptteile: I. Entweder führt der Tod völlige Vernichtung herbei, dann ist Sterben gleichgültig, zumal für den Greis — c. XX incl. II. Oder die Seele ist unsterblich, dann ist der Tod sogar wünschenswert. c. XXI — c. XXIII.

restat, entweder mit dem Nom. oder mit *ut*, leitet gewöhnlich den letzten Teil ein.

sollicitam habere 'in Unruhe erhalten'. Dies der Sinn der Umschreibung von *habere* mit einem Particip.

esse longe = *abesse longe.*

O miserum senem 'wie beklagenswert ist nicht d. G.' Epiphonema, s. Anh. II B. XII.

in, in § 9 *omni aetate.*

exstinguit, wir ohne Bild: 'völlig vernichtet'.

si aliquo, zu § 35 *si — aliquando.*

Atqui 'nun aber' im Untersatze des Syllogismus (s. Anh. II B. XIV).

§ **67.** *futurus sum*, zu § 6 *gratum futurum est.*

Quamquam correctivum schränkt den Satz ein, dafs der Tod den Greisen näher als den Jünglingen sei.

exploratum, Adj. 'ausgemacht'.

casus mortis habet 'ist tödlichen Zufällen unterworfen'.

tristius curantur 'ihre Heilung ist mit gröfseren Verdrieſslichkeiten verbunden'.

pauci 'nur wenige'.

quod ni ff. Im D. ein Adv., vgl. § 31 *quod si sibi acciderit.*

melius — viveretur, weil es dann mehr Greise, also auch mehr Weisheit geben würde.

qui si nulli fuissent 'wenn diese gar nicht existiert hätten'; *nullus* stärker als *non*, zu § 7 *vitam nullam.*

§ **68.** *Sed redeo ad*, zu § 32 *Sed redeo ad me.* Reditus ad propositum. S. Anh. II A. VII.

Quod est — crimen 'was ist das für ein Vorwurf'.

Digitized by Google

Sensi ego in optimo filio, tu in exspectatis ad amplissimam dignitatem fratribus, Scipio, mortem omni aetati esse communem. At sperat adulescens diu se victurum, quod sperare idem senex non potest. Insipienter sperat. Quid enim stultius quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? At senex ne quod speret quidem habet. At est eo meliore condicione quam adulescens, quoniam id, quod ille sperat, hic consecutus est; ille vult diu vivere, hic diu vixit. **69.** Quamquam, o di boni! quid est in hominis natura diu? Da [enim] summum tempus, exspectemus Tartessiorum regis aetatem — fuit enim, ut scriptum video, Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum viginti vixit — sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cum enim id advenit, tum illud, quod praeteriit, effluxit; tantum remanet, quod virtute et recte factis consecutus sis; horae quidem cedunt et dies et menses et anni, nec praeteritum tempus umquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest. Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse con-

Sensi 'ich habe es leider erfahren an —'.

optimo filio. Er starb 152 als praetor designatus.

exspectatis — fratribus 'die man zu einer glänzenden Stellung berufen glaubte'. Von den beiden Brüdern starb der eine, 12 J. alt, 5 Tage vor, der andere, 14 J. alt, 3 Tage nach dem Triumphe des Vaters über Perseus.

At sperat, selbstgemachter Einwurf. S. Anh. II B. VII.

